JAHRBÜCHER

für

classische Philologie.

Herausgegeben

von

Alfred Fleckeisen.

EINUNDZWANZIGSTER SUPPLEMENTBAND.

Mit einer Karte.

Leipzig, 1894.

Druck und Verlag von B. G. Teubner.

Inhaltsverzeichnis.

LUCUBRATIONES

SYRO-GRAECAE.

SCRIPSIT

ANTONIUS BAUMSTARK,

CONSTANTIENSIS.

PATRI CARISSIMO

OTTONI RIBBECK

ALBERTO SOCIN

PRAECEPTORIBUS SUMMIS

SACRUM.

ΦΡΕΝΟΣ ΕΚ ΦΙΛΙΑΣ ΤΙ ΠΟΤ ΕΙΠΩ
ΑΙΣΧΥΛΟΣ ΑΓΑΜΕΜΝΟΝΙ.

„Illa quoque minora (sed nihil in studiis parvum) non sunt transcunda.“
Quintilian. Inst. or. X 3.

Lucubrationibus*) istis cum locum tentandum mihi proponerem lubricum et a studiis nostratium philologorum paulo remotiorem, primo quidem id unum agebam, ut, qui e versionibus Syriacis Isocratis, Menandri, Plutarchi, Luciani, Galeni, Themistii adhuc editis post curas hominum doctissimorum Landii[1]), Hoffmanni[2]), Rysselii[3]), Rothsteinii[4]) percipi posse viderentur fructus colligerem omniumque usui accommodarem. Reliquisse autem viros doctos non pauca, in quibus quantulascunque tiro vires exercerem, si quis commentationis meae capita alterum et tertium cum eis contulerit, quae illi disseruerunt, non poterit facile negare. — De Sergio Resaïnensi non nisi eam ob causam dicere in animo erat, quod ei plerasque, quas modo enumeravi, versiones vindicandas esse Hoffmannus[5]), Wrightius[6]), Sachavius[7]), Rysselius[8]) erant suspicati magis quam probaverant adeo, ut mihi liceret quaestionem tamquam exploratam prorsus et profligatam praeterire. Mox latius se aperiente materia absolutionis consectatione factum est, ut, quaecunque de viro litteris et doctrina clarissimo erui possent, copiosius explicare conarer. Itaque nunc vel maxime illud me delectet, si contingat, ut aliquid videar etiam ad historiam litterarum Syriacarum illustrandam contulisse. Quae vehementer vereor, ut merito ab omnibus fere fastidiantur. Nam de pervulganda certe et propaganda eruditione Graeca inter orientales, modo fas sit comparare res diversiores etiam quam dissitiores, aeque Syri meruerunt atque in occidente Romani. Neque vero, ut

---

*) B. O. = Bibliotheca orientalis Clementino-Vaticana in qua manu scriptos codices Syriacos recensuit Ioseph Simonius Assemanus. Romae 1719—1728.

A. S. = P. Lagardii Analecta Syriaca. Lipsiae (Londinii) 1858.

An. S. = Anecdota Syriaca collegit edidit explicuit I. P. N. Land. Lugduni Batavorum 1862—1875.

I. S. = Inedita Syriaca. Eine Sammlung Syrischer Übersetzungen von Schriften Griechischer Profanliteratur mit einem Anhang aus den Handschriften des Brittischen Museums herausgegeben von Ed. Sachau. Wien 1870.

Z. D. M. G. = Zeitschrift der Deutschen Morgenländischen Gesellschaft.

M. Rh. = Rheinisches Museum für Philologie.

omittam de perfecta absolutaque philologiae, quam dicunt, historia prius ne cogitari quidem licere, quam de Syrorum, Arabum, Hebraeorum, Persarum studiis Graecis multo diligentius inquisitum sit, quicquam a specie verae humanitatis alienum videri debet, quod aliquam in se habeat, quibus nihil sanctius unquam aut praeclarius inter homines exstitit, litterarum ingeniorumque Graecorum scintillam.

Caput primum.

De Sergio Resaïnensi librorum Graecorum interprete Syro.

1. De vita et scriptis Sergii.

B. O. II pg. 315, 323; Roeper Lectiones Abulpharagianae Gedanii 1844. Fasc. I pg. 33; Wenrich, De auctorum Graecorum versionibus et commentariis etc. Lipsiae 1842. pg. 95. Wüstenfeld, Geschichte der Arabischen Ärzte etc. Göttingen 1840 pg. 135; Renan, Journal asiatique 1852 Sér. IV. t. 19 pg. 319; E. Meyer, Geschichte der Botanik III pg. 33 s. s.; V. Rose, Aristoteles Pseudepigraphus pg. 268 s.; Häser, Lehrbuch der Geschichte der Medicin und der epidemischen Krankheiten[2]. Jena 1875. I p. 474 s.; Wright in Encycl. Britt. XXII pg. 833 s.; Nikolai, Griechische Litteraturgeschichte[2]. Magdeburg 1872. III p. 26; Gemoll, Untersuchungen über die Quellen, den Verfasser und die Abfassungszeit der Geoponica. Berlin 1884. pg. 262 s. s.; Krumbacher, Geschichte der Byzantinischen Litteratur. Nördlingen 1891. pg. 51; Hilgard, Excerpta ex libris Herodiani technici. Beilage zum Jahresbericht des Heidelberger Gymnasiums für das Schulj. 1886—87 p. 3 s. s.; Merx, Historia artis grammaticae apud Syros. Leipzig 1889. pg. 6 s. s.

De Sergii Resaïnensis aetate, vita, moribus, scriptis si quis paulo accuratius et, ut sic dixerim, ad artem voluerit inquirere, proficiscendum est a quinque testimoniis claris et certis et, quorum non alterum ex altero ductum sit, Pseudo-Zachariae scilicet, Iosephi Abrahae filii Arabis, Barhebraei, Ebedjesui, Ibnabiozeibiae.

Ac primum in historiis Syriacis, quas cum e cod. mus. Britt. add. 17202 (A) Anecdotorum tomo III publici iuris faceret, Landius circa annum 555 p. Ch. a Syro monacho ex historia ecclesiastica Zachariae rhetoris et aliis fontibus conflatam esse demonstravit[9]), caput XIX libri noni prope totum est de Sergii moribus, doctrina, morte.[10]) Inde fluxerunt et illa, quae est in cod. mus. Britt. add. 12154 (B.) ܬܫܥܝܬܐ ܕܡܘܕܥܐ ܕܐܝܟܐ ܫܘܠܡܐ ܗܘܐ ܠܣܪܓܝܣ ܐܪܟܝܐܛܪܘܣ („narratio, quae demonstrat, quae fuerit finis Sergio

archiatro") et ea, quae de Sergio Barhebraeus in chronic. eccles. I pg. 207 dicit. Ad ipsum Zachariam narrationem referre non ausim. Neque enim, cum e loco An. S. III 232 l. 4 et 6 appareat Zachariam iam ante annum 518 conscribenda historia sua occupatum fuisse[11]), admodum veri simile est rerum gestarum expositionem ab eo annum 536 usque perductam esse. Ex Graeco vero exemplari quin locus translatus sit, non potest dubitari, quia et plurima insunt et clarissima vestigia Graecae dictionis neque homo Syrus singulari poterat laudi dare Sergio, quod linguam Syriacam calleret. Sed lubet verba Syriaca integra transscribere, quam fieri potest, accuratissime castigata et latinitate donare:

ܓܝܪ ܕܝܢ ܣܪܓܝܣ ܐܪܟܝܐܛܪܘܣ ܕܪܝܫܥܝܢܐ ܒܝܘܡܬܐ ܗܠܝܢ ܗܘܐ
ܠܐܝܛܪܘܣ[12] ܕܡܠܝܠ[13] ܛܒ ܐܦܪܝܣ[14] ܦܛܪܝܪܟܐ[15] ܥܠ ܐܣܡܠܐ[16]
ܐܦܣܩܦܐ[17] ܕܐܡܝܕ ܒܝ ܡܘܪܕܢ ܕܐܬܒܥ ܡܢܗ[18] ܘܓܒܪܐ ܗܘܐ ܗܘܐ
ܣܪܓܝܣ ܠܡܐܢܐ[19] ܘܡܠܝܠ ܗܘܐ[20] ܒܡܪܢܐ ܕܟܬܒܐ ܩ̈ܫܝܐ ܕܝ̈ܘܢܝܐ
ܘܒܡܠܦܢܘܬܗ ܕܐܘܪܝܓܢܣ. ܡܪܐ ܗܘܐ ܠܗ ܕܝܢ ܒܦܘܫܩܐ ܕܟܬܒܐ ܕܝ̈ܘܢܝܐ
ܐܣܝܐ ܒܠܚܘܕܝܘܬܐ ܪܒܐ ܛܒܐ. ܘܩܘܣܛܢܛ ܡܢܝܢ ܗܘܐ ܡܪܝܐ
ܘܠܡܐ[21] ܘܒܩ̈ܢܘܢܐ ܕܐܣܘܬܐ ܡܝܩܪ ܗܘܐ[22] ܘܒܪ ܒܝܬܗ ܕܡܘܡܢܐ[23] ܗܘܐ
ܐܝܟ ܕܡܘܕܐ ܐܦ ܦܪܝܓܘܣ ܕܦܘܫܩܐ ܕܝܘܣܛܘܣ ܕܐܝܬ ܠܗ ܒܐܬܪܗ ܒܒܝ
ܘܠܓܘܣ ܕܒܒܝ ܠܗ ܥܠ ܗܝܡܢܘܬܐ ܒܫܘܒ ܛܒܬܐ ܦܛܪܝܣ ܐܦܣܩܦܐ
ܡܘܡܢܐ[24] ܒܪܘܡ ܕܝܢ[25] ܒܝܘܡܝ ܩܣܪ ܗܪܘܢ ܗܘܐ ܗܘܐ ܣܪܓܝܣ
ܒܪܝܬ[26] ܢܦܩ[27] ܘܐܬܠܠ ܗܘܐ[28] ܘܠܐ ܢܦܩ ܡܢ ܗܘܐ ܕܝܢ[29] ܒܪܢܫܐ
ܒܩܦܠܐ[30] ܠܗܘܢ ܒܝ ܢܩܒܘ ܐܦܪܝܣ ܘܐܬܒܝܘ ܕܡܕܪܫ[31] ܐܬܠܘܕ ܕܥܠ
ܕܐܠܐ ܠܗ ܢܩܒܘܪ[32] ܒܝ ܠܪܘܡܐ ܢܬܠܚܡ ܡܢܗ ܥܠ ܓܒܪܐ ܠܗܘ
ܠܦܬܓܡ ܐܝܟ ܒܩܘܠܐ ܕܐܡܝܕ ܘܢܘܦܩܝ ܘܐܙܕܘܕ ܒܐܬܪܐ ܡܢ ܐܦܪܝܣ
ܘܡܠܠ ܟ̈ܬܒܐ ܠܗܘ ܓܒܪܐ ܒܝ ܢܦܩ ܠܗܘ ܐܘܣܛܐ ܛܒܠܐ ܚܝ
ܐܪܟܝܛܛܘ ܕܡܛܠܬܗ ܐܬܪܝܢ ܗܘܘ[33] ܕܡܛܠ ܥܠ ܣܪܓܝܣ ܡܣܒܪܢܐ
ܡܢܗ ܕܢܦܩ. ܘܕܡܛܠ ܢܒܠ ܠܪܘܡܐ ܠܐ ܡܛܒܠ ܐܝܠ ܠܗ. ܐܬܡܛܐ
ܡܢܝ[34] ܗܠܝܢ ܠܪܘܡܐ ܠܗܘ ܠܦܬܓܡ ܘܡܘܟܐ ܠܐܬܪܐ ܘܐܬܡܟܠܗ
ܘܐܬܘܢ ܠܐܬܪܘܬܐ ܐܝܟ[35] ܓܒܪܐ ܕܐܬܒܝܢ ܒܗܘܢ ܥܠܡܘܬܐ ܕܡܪܝܢܘ.
ܘܐܬܐ ܒܗܘܢ ܠܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ ܒܐܪܥ ܚܙܝܐ ܕܝܬܪܘܬ ܡܢܛܝܐ ܘܐܡܪ
ܗܘܐ ܡܘܐܪܐ ܘܐܬܡܫܩܘܢ ܐܝܟ ܩܘܪܝܐ ܗܘܐ. ܘܡܢܗ ܐܘܕܐ ܒܟܠܠܐ ܘܡܥܢܝ
ܕܚܣܝܢ ܡܕܡ ܒܐܡܬܐ ܘܡܘܪܐ ܒܟܠܠܐ ܒܝ ܒܪܢܝ ܐܘܣܛܘܣ ܒܪܛܒܘܬܐ

[illegible]
[illegible] [36]. [illegible]
[illegible] [37] [illegible]
[illegible] [38] [illegible]
[illegible]
[illegible] [39] [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] [40] [illegible] [41] [illegible]
[illegible] [42] [illegible]
[illegible] [43] [illegible] [44] [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

„Accidit autem ut Sergius archiater Resaïnensis illis diebus ascenderet Antiochiam accusaturus Ascolium episcopum Resaïnensem apud Ephraemium patriarcham, cum diceret se ab illo caesum esse. Vir erat hic Sergius eloquens et operam navaverat legendis multis libris Graecorum et doctrinae Origenis. Diu autem Alexandriae vacaverat discendae arti interpretandi libros aliorum hominum doctorum. Syriace sciebat et legere et loqui et medicarum disciplinarum erat peritissimus. Affectu quidem fidelis, ut comprobavit prooemio versionis Dionysii, quam admodum diligenter condidit, et oratione, quae de fide ab ipso habita est diebus Petri episcopi fidelis, verum, quod ad mores attinet, perquam corruptus erat venere et epulis hic Sergius et luxuriosus et avaritia foedus. Quem cum probavisset Ephraemius et hominem versutum cognovisset, pollicitus est se, quidquid postulavisset, facturum esse, si Romam cum litteris ad Agapetum summum sacerdotem Romanum a se missus rediisset. Honorifice ab Ephraemio instructus attulit viro litteras comitante se Eustathio iuvene architecta, propter quem monstruosum de Sergio

crimen circumferri dicebatur, quod, ne legentem offendat, accurate significare supersedeo. Pervenerunt igitur Romam ad Agapetum et litteras tradiderunt hospitioque sunt recepti. Ille litteris summopere gavisus, ut qui inde rata fieri cognosceret, quae cupivisset, Constantinopolin cum hominibus venit mense Adar anni decimi quarti.[45]) Ibi et Severus aderat et Anthimius summo sacerdotio fungebatur. — Terra mota est et sol deficere coepit die et luna noctu horrescente undis oceano inde a die decimo quarto mensis Adar eius anni usque diem decimum quartum mensis Ḥazīran anni sequentis, videlicet decimi quinti. — Agapeto autem universus senatus obviam ivit. Ab imperatore, ubi in conspectum eius venit, magnifico hospitio receptus est, quod vir eloquens erat et summus sacerdos regionis Italiae subditae ipsi et subiectae. Homo erat specie quidem sermonis scripturae peritissimus, sententiam vero illius mente non perceperat. Humiliter sentiebat de incarnatione domini nostri Iesu Christi verbi Dei et persuadere sibi non poterat ut virginem Mariam Dei genitricem appellaret et in duas naturas unitatem scindebat, cum exstitisse corpus infantis, antequam iungeretur cum filio Dei, putaret aeque atque illi Diodorus et Nestorius. Anthimii et Severi communionem vitabat magisque etiam ab illis ipse vitabatur. Alterum impostorem appellabat, alterum Eutychianistam. Postremo effecit ut imperatoris erga illos benevolentia in iram mutaretur et ex urbe pellerentur. Tunc communicabant inter se Anthimius et Severus et Theodosius Alexandrinus litteris, quas infra transscripturi sumus, datis. Discesserunt Constantinopoli Anthimius et Severus, ut quo, cuique placuisset, loco occulti degerent.

Successit autem Constantinopoli in locum Anthimii Menas, et Sergius archiater ibi mortuus est et paucis diebus post eum Agapetus, cum lingua eius lacerata esset eamque resecari vivus passus esset et Romae in locum eius successit Silverius."

Sequitur ut servato temporum ordine auctores recenseamus Iosephus Abrahae filius medicus, qui auctor est Ibnabiozeibiae (I 185 ult.) et Barhebraei in hist. compend. dyn. Qui cum nisi leviusculis inter se non differant, perfacile est inventu ipsius Iosephi haec fere verba fuisse[46]):

ثمّ [47]) إنّي دخلت يوما على جبرئيل بن بختيشوع وقد انحد
من معسكر المأمون قبل وفاته بمدّة يسيرة [48]) فوجدت عنده حنينا
وقد ترجم له اقساما قسمها بعض الرّوم فى كتاب من كتب جالينوس
فى [49]) التّشريح وهو يخاطبه بالتّبجيل ويقول له ياربّن جنين [50])
وتفسير ربّن المعلم [51]) فأعظمت ما رأيت وتبيّن ذلك جبرئيل فيّ [52])
فقال لى [53]) لاتستكثرنّ ما ترى من تبجيلى هذا الفتى فواللّه لئن

مدّ له فى العمر ليفضحنّ سرجس([54] وسرجس([55] هذا([56] هو الرّأسعينىّ وهو أوّل من نقل شيئًا([57] من علوم الرّوم([58] الى اللّسان السّريانىّ وليفضحنّ غيره من المترجمين([59].

„Tum conveni forte Gabrielem filium Boḥtisui eo tempore, cum iratus discesserat ab aula Mamuni, paulo ante mortem ipsius et inveni apud eum Ḥonainum. Qui cum illi interpretaretur commentarios a Graeco aliquo de libro quodam Galeni anatomico conscriptos et ab eo summa cum reverentia *rabban* i. e. magister appellatus esset, miratus sum ea, quae videbam. Quod cum sensisset Gabriel: „Noli, inquit mirari, quod tantis honoribus affici vidisti iuvenem istum. Per Deum, si diu inter vivos esse ei contigerit, Sergium ceterosque interpretes superabit." Significabat autem Sergium Resaïnensem, qui primus aliquid litterarum Graecarum in linguam Syriacam transtulit."

Sed Barhebraeus non solos Pseudo-Zachariam et Iosephum Arabem in celebranda Sergii doctrina auctores habuit. Ut omittam illud يعقوبىّ ab eo verbis Iosephi insertum esse, aliunde sumptum est etiam id, quod legitur post res Iustiniani imperatoris enarratas in hist. compend. dyn. pg. 150:

وفى هذا الزّمان عرف سرجيس الرّأسعينىّ الفيلسوفس المترجم الكتب من اليونانىّ الى السّريانىّ ومصنّفها وكان على مذهب ساورى

„Hoc tempore inclaruit Sergius Resaïnensis philosophus, qui libros Graecos in sermonem Syriacum transtulit et ipse libros composuit. Stabat a partibus Severi."

Deinde huc pertinet index medicorum Syrorum, qui est in Barhebraei chronic. Syr. pg. 62:

ܘܗܘܘ ܐܦ ܐܣܘ̈ܬܐ ܐܣܛܘ̈ܬܐ ܡܫܒ̈ܚܐ ܐܝܟܢܐ ܕܣܪܓܝܣ ܪܝܫܥܝܢܝܐ ܕܗܘ ܩܕܡܝܐ ܟܬܒ̈ܐ ܦܝܠܘܣܘܦ̈ܝܐ ܘܐܣܘ̈ܬܐ ܡܢ ܝܘܢܝܐ ܠܣܘܪܝܝܐ ܐܡܪ: ܘܐܠܝܢܘܣ ܐܣܝܐ ܘܦܠܛܘܢ: ܗܘܐ ܘܡܫܟܚ ܕܐܢܐ ܕܝܠܗ ܕܐܠܗܘܬܐ ܘܦܪܦܘܪܝܘܣ ܐܣܛܘܩܣܐ ܘܐܬܐܘܕܘܣܝܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܣܘܪܝ ܡܫܒܚܐ ܟܕ: ܡܫܡܥ ܘܐܢܬܝܐ ܡܐܢ̈ܐ ܕܒܗ ܠܡܠܐ ܒܠܫܢܐ ܣܘܪܝܝܐ ܐܝܟ ܕܝܢ ܡܫܠܡ ܠܗ ܣܘܪܝܐ ܗܘܐ ܐܠܐ ܦܘܠܘܣ ܐܝܟ ܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܐܡܪ: ܠܟܬܒܘ ܡܢ ܝܘܢܝܐ ܠܣܘܪܝܝܐ.

„Fuerunt etiam inter Syros medici praestantissimi velut Sergius Resaïnensis, qui primus libros de philosophia et medicina e Graeco in sermonem Syriacum transtulit, et Athanasius Amidensis et Philagrius et Simeon monachus, qui vulgo dicitur dᵉṭaiβuθā et Gregorius episcopus et Theodosius patriarcha et Ḥonainus praestantissimus ille Isḥaḳi filius et alii multi, Syri natione omnes. Ahorn vero presbyter Syrus ipse non erat, sed Gosius (vel 'Gesius' secundum Suidam s. v. Γέσιος[60]) quidam Alexandrinus librum illius e Graeco in Syriacum sermonem transtulit."

Denique de isto Ahrone et de Sergio est etiam locus Barhebraei hist. compend. dyn. pg. 159:

وفى هذا الزّمان كان يعرف أهرون القسّ الأسكندرانيّ وكنّاشه فى الطّبّ موجود عندنا بالسّريانيّة وهو ثلثون مقالة وزاد عليها سرجيس مقالتين اخر.

„Hoc tempore inclarescebat Ahron presbyter Alexandrinus, cuius canones medici apud nos Syriace versi circumferuntur. Libri sunt triginta, quibus duos alios Sergius adiecit."

Neque enim dubitari potest, quin Barhebraeus cum solum Sergium dicat, Resaïnensem significet unum, quem novit eius nominis interpretem Syrum.

Porro Ebedjesuus bis Sergii Resaïnensis mentionem facit in indice scriptorum Nestorianorum illo versibus composito, nimirum cap. 64 (B. O. III 1 pg. 87):

ܣܪܓܝܣ ܪܫܥܝܢܝܐ ܣܡ
ܦܘܫܩܐ ܕܡܠܝܠܘܬܐ

„Sergius Resaïnensis condidit
Commentarios logicos."

et cap. 77 (ibid. pg. 147):

ܬܐܕܘܪܐ ܡܛܪܦ ܕܡܪܘ
ܥܒܕ ܒܡܫܘܚܬܐ ܬܫܥܝܬܐ
ܕܡܪܝ ܐܘܓܝܢ ܘܕܩ̈ܕܝܫܐ
ܘܡܫܠܡܢܘܬܐ ܕܕܘܪܝ
ܘܡܐܡܪ̈ܐ ܐܚܪ̈ܢܐ ܘܫܪ̈ܝܐ
ܕܒܥ̈ܝܐ ܫܘ̈ܐܠܐ ܕܣܪܓܝܣ

„Theodorus metropolita Mervensis
Versibus composuit historiam

Sancti Eugenii et Graecorum
Et interpretationem Davidis
Et dissertationes alias et solutionem
Decem quaestionum Sergii.“

Denique aeque atque Barhebraeus Ibnabiozeibia Sergium ita laudat, ut parum liqueat, unde doctrinam suam sumpserit, quatuor locis, scilicet

I 109: سرجس الرّأس عينىّ وهو اوّل من نقل كتب اليونانيّين على ما قيل الى لغة السّريانيّين وكان فاضلا وله مصنفات كثيرة فى الطّبّ والفلسفة

„Sergius Resaïnensis. — Primus erat, qui transferret libros Graecorum, ut dicunt, in linguam Syrorum. Scientia erat egregius. Scripta eius plurima exstant de arte medica et de philosophia.“

ibid. paulo supra: أهرن القسّ صاحب الكناش وألّف كناشه بالسّريانيّة ونقله ما سرجيس الى العربىّ وهو ثلاثون مقالة وزاد عليها ما سرجيس مقالتين

„Ahron presbyter auctor canonum. — Canones eius primo quidem Syriace conscripti erant. Quos vertit Mā Sirǵīs Arabice. Libri sunt triginta, quibus duos Mā Sirǵīs adiecit.“

I 189: فوجدت بعض الكتب السّتّ عشرة لجالينوس وقد نقلها من الرّوميّة الى السّريانيّة سرجس المتطبّب ونقلها من السّريانيّة الى العربيّة موسى بن خالد التّرجمان

„Inveni quosdam e sedecim libris Galeni translatos quidem e Graeco in Syriacum sermonem a Sergio medico, e Syriaco in Arabicum a Mose filio Hālidi interprete.“

I 204: سرجس الرّأسىّ من أهل مدينة رأس العين نقل كتبا كثيرة وكان متوسّطا فى النّقل وكان حنين يصلح نقله فما وجد باصلاح حنين فهو الجيّد وما وجد غير مصلح فهو وسط

„Sergius Resaïnensis, ex urbe Resaïna ortus. — Libros transtulit plurimos sed mediocris erat artis in vertendo. Emendabat versiones eius Ḥonainus. Quae igitur ab Ḥonaino emendatae exstant bene habent, quae non emendatae exstant, mediocris artis sunt.“

En, quae certo ad Sergium Resaïnensem revocari possunt, testi-

monia! — Quae quamquam, si obiter rem spectamus, haud paucis rebus neque iis quidem levibus inter se differunt, ita tamen sunt comparata, ut verum facile invenire possimus.

Primum de aetate viri ut dixerim, mortuum esse Sergium anno 535 aut 536 efficitur testimonio Pseudo-Zachariae. Accuratiora ut eruamus, adeundi sunt altera ex parte Barhebraeus, ex altera scriptores historiae papalis. — Pseudo-Zacharias Agapetum et Sergium Constantinopolin scribit pervenisse mense Adar anni indict. XIV, qui est Martius ferre anni 535 p. Chr. n. Verum id esse nullo pacto potest. Ut enim omittam Ioannem II pontificem Romanum, in cuius locum Agapetus successit, si libro pontificali[61]) fides habenda est, sepultum esse in basilica Vaticana a. d. VI. Kal. Iun. 595 atque, etiamsi Anastasium bibliothecarium[62]) ducem sequeremur, mensem Martium eius anni certe in vita vidisse procul dubio esse putandum, ipsum Agapetum constat Roma Idibus Octobribus ad Iustinianum imperatorem litteras dedisse.[63]) Ante mensem igitur fere Novembrem anni 535 ut Agapetum et Sergium Constantinopolin profectos esse statuamus, fieri prorsus non potest. Atqui in vita Agapeti[64]) legimus papam Constantinopolin venisse a. d. X Kal. Mai. anni 536. Sed ne hoc quidem testimonium integrum est. Vita enim cessisse Agapetum scribunt Anastasius a. d. V Id. Mai.[65]) atque iam X Kal. Mai. is, qui vitam papae in libro pontificali scripsit[66]), denique „feria quinta in coena domini", quae dicitur, Barhebraeus[67]). Comprobanda igitur esse videtur coniectura Pagii[68]), qui illud Mai. libri pontificalis in Mart. corrigi iubet. Constantinopolin pervenerunt Agapetus et Sergius a. d. X Kal. Mart. (mense Adar) anni 536 (indict. XV). Mai. in libro pontificali videtur factum esse, cum librarii oculi ad inferiora „a. d. X Kal. Mai." aberrarent. A Pseudo-Zacharia vero putaverim annum indict. XIV pro XV consulto positum esse, cum magis fanatico odio quam studio veri obsecutus id ageret, ut adventus pontificis sibi invisi coniunctus esse videretur cum prodigiis, quibus mense Adar anni 535 turbari coeptos esse hominum animos narrat. Itaque Sergium, qui ante Agapetum e vita cessit, efficitur obiisse inter a. d. X Kal. Mart. et a. d. X Kal. Mai. anni 536 siquidem cum vita Agapeti contra Anastasium facere Barhebraeus videtur. Quot annos tunc temporis natus fuerit, ne aliqua quidem cum specie certi definiri potest. Neque enim de aetate Petri episcopi, quo ecclesiam Resaïnensem regente orationem de fide Sergius habuit, quicquam constat, nisi ante Severum patriarcham eum defunctum esse, id quod vel e loco Pseudo-Zachariae intellegi poterat, diserte Barhebraeus affirmat in chronic. eccles. II 215. Sin autem probetur, quod postea confirmare conabor, Sergio anno fere 508 chronicon Iosuae Stylitae dicatum esse, interpretem Resaïnensem, cum Iosua librum suum viro paulo se natu maiori dicare videatur, veri simile est spiritum duxisse prope ad annum aetatis septuagesimum.

De patria Sergii accuratius certo nihil unquam statui poterit. Sed maxima cum probabilitate aliquis contendat natum esse virum Resaïnae in oppido Syriae orientalis prope fontes Chaborae fluvii bidui fere itinere ab Haran sito[69]), ubi maiorem vitae partem degit. Syrum quidem natione Sergium fuisse et Syriace libros Graecos vertisse certum esset et manifestum, etiam si nullae superessent Sergianarum litterarum reliquiae Syriacae. Quamquam, ut de erroribus recentiorum, qui infra refutandi sunt, taceam, Ibnabiozeibia eum etiam Arabice scripsisse putat.[70]) In errorem, qui nobis iure videatur foedissimus, eo facilius homo doctus Arabs incidere poterat, quod cum de aetate Sergii Resaïnensis nihil usquam certi inveniret, parum illum discrevit a minore quodam Sergio, quem ما سرجس (ܡܪܝ ܣܪܓܝܣ) appellat et summa artis medicae peritia librisque plurimis e sermone Syriaco in Arabicum translatis claruisse scribit I pg. 204.[71]) Idem fecit Ibnennadimus, cum in libro suo celeberrimo[72]) versionem et supplementa canonum medicorum tribueret illi Mā Sirǵīs. Id quod iure fecisse nullo modo potest. Mā Sirǵīs enim auctoribus et Ibnabiozeibia et Ibnennadimo Syriacos libros Arabice reddere solebat. Supplementa autem canonum medicorum Ahronis Barhebraeus Syrorum omnium facile doctissimus, cui plus certe fidei habendum est in rebus, quae ad historiam litterarum Syriacarum spectant, a Syro Syriacae versioni Gosii (Gesii) addita esse significat. Accedit ut eo quoque auctoritas Ibnennadimi infringatur, quod plane ignorare videtur neque ab eodem canones Ahronis translatos esse, qui libros trigesimum unum et alterum novos adiecit neque ab ipso Ahrone Syriace scriptos esse sed Graece. Versionem igitur librorum Ahronis a Sergio retractatorum et auctorum Arabicam cum Ibnennadimus invenisset, quae sine Arabis interpretis nomine ferebatur, Sergium illum maiorem natione Syrum cum minore Mā Sirǵīs confudit, ut quem Arabice scripsisse sciret. Ceterum iam antiquitus multum de canonum medicorum origine et interpretibus dubitatum esse vel inde patet, quod sine controversia in indice medicorum Syrorum a Barhebraeo aliorum de canonibus Ahronis sententiae oppugnantur. Sed haec tamquam in transcursu monuerim. Illud quidem ex erroribus Arabum cognosci potest, quod quamvis parvi momenti esse videatur, multum valet ad gravissimam quaestionem profligandam, temporibus Ibnennadimi et Ibnabiozeibiae circumlatos esse sine interpretis nomine libros Sergii Resaïnensis Arabice versos.

Non maioris auctoritatis est testimonium Ibnabiozeibiae quam in hac, de qua modo disputatum est, quaestione in aestimanda ea, quae in Sergio fuerit, arte interpretandi praesertim cum secum ipse de hoc loco scriptor pugnet. Iam enim doctrina egregium Sergium fuisse praedicat, iam parum sermonis Graecae in vertendo peritum contendit. Vehementer vereor ne Ibnabiozeibia ipsarum

quidem versionum Sergianarum notitiam nullam habuerit, sed quod ab Ḥonaino quaedam retractatae esse perhibebantur, temere collegerit mediocris omnes artis fuisse, quaeque perpolientis et emendantis manum flagitarent. Ḥonainum vero longe alio atque prava corrigendi consilio versiones Sergianas attigisse infra demonstrabo.

Iuvenem Sergium Alexandriae studiis vacavisse gravissimus auctor est Pseudo-Zacharias, confirmata deinde aetate Resaïnae archiatria esse functum inter omnes fere, qui nobis examinandi erant, scriptores convenit. Etiam sacerdotali dignitate virum ornatum fuisse e titulis librorum ab ipso conscriptorum[73]) qui aetatem tulerunt, apparet, colligi vel inde poterat, quod Pseudo-Zacharias orationem ab eo de fide habitam laudat.

Quas vero in controversiis, quae ad dogmata Christianae religionis spectabant, partes Sergius secutus sit ex auctorum quam maxime dissentientium testimoniis non facile videtur elici posse. Sed primum quod in indicem scriptorum Nestorianorum ab Ebediesuo receptus est, eo de fide viri plane nihil efficitur, si quidem in eundem indicem Ebediesuus etiam Iacobum Edessenum Monophysitarum inter Syros facile principem recepit, quod tanta erat episcopi doctissimi auctoritas, ut etiam Nestoriani scripta eius lectitarent. Quod Iacobitam Sergium Barhebraeus appellat, eum recentius sectae nomen ad vetustiora tempora transtulisse nemo non videt. Monophysitarum autem opinionibus primo quidem Sergium favisse aeque atque Barhebraeus auctor est Pseudo-Zacharias.[74]) Contra sub finem vitae tantum non totus a partibus Chalcedonensium stabat. Si verum video, sic fere res habebat. Moderatus initio Sergius erat Severi Monophysitae sectator, sed liberius et humanius sentiebat quam, qui controversiis captuosis adeo et sterilibus multum virium impertiret. Litteris et arti medicae deditus id solum agebat, ut neve quemquam ipse laederet neve, quo ab aliis laederetur, ansam daret. Publice et solemniter fidem Monophysitarum non eiuravit, id quod inde potest cognosci, quod Ascolio episcopo, qui a partibus Chalcedonensium stabat, eum exosum videmus. Quasi medium igitur tenebat, cum Antiochiam veniret, Severi sectatores inter et orthodoxos. Eo aptior Ephraemio videri debuit, qui cum pontifice Romano restituendae inter ecclesias orientis concordiae operam navaret.

Quod enim pecunia eum corruptum esse, ut Romam proficisceretur, Pseudo-Zacharias significat, id ex numero eorum criminum esse videtur, quae ut memoriae temperati et placabilis viri plurima offunderent, acriores Monophysitae fanatico odio adducebantur. Ut enim non ab omni macula libera fuerit vita Sergii, quod inimici virum studiis et scientia singularem avarum, luxuriosum, impurum fuisse tradunt, ea mendacia esse furore et odio instincta quis est, quin videat? Quid quod de paederastiae quidem crimine, quamvis ceteroqui Sergio infestus sit, etiam Pseudo-Zacharias vehementissime videtur dubitare?

Haec quidem de aetate viri, patria, vita, fide, moribus. — Quanta vero in Sergio ut in homine quinti sextique saeculi natione barbaro doctrina fuerit, nemo non mirabitur, si vel titulos librorum ab ipso conscriptorum sub uno conspectu positos perlustraverit.

Sed priusquam componendis scriptis Sergii operam navemus, quaerendum est, num quae forte etiam minus certa testimonia ad archiatrum Resaïnensem iure aut antea ab hominibus doctis revocata sint aut nova a nobis possint revocari.

Ac primus quidem Assemanus[75]) quamvis dubitanter quaesivit, Sergius sacerdos et archiater Resaïnensis idem esset atque Σέργιος ὁ ἑρμηνεύς, quem Agathias[76]) et ἑρμηνέων ἄριστον ἁπάντων καὶ οἷον ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Χοσρόου θαυμάζεσθαι et sibi amicissimum fuisse scribit et, cum esset τῶν βασιλικῶν ἀπομνημονευμάτων φρουρός τε καὶ ἐπιστάτης librorum de rebus a regibus Persarum gestis Persico sermone compositorum Graecam ἀκριβεστάτην μετάφρασιν ab ipso factam humanissime sibi transmisisse, qua in perscribendis historiis suis uteretur, narrat. Opinionem nullis comprobatam argumentis heu quam cupide et inconsulte arripuerunt Meyerus[77]), Haeserus[78]), Wrightius[79]), Krumbacherus[80]), Gemollius.[81]) Atque Meyerus quidem, cuius vestigiis Gemollius temere totus institit, eo usque audaciae progressus est, ut, cum Agathias annales ab amico suo Graece versos βιβλία Περσικά appellaret et Barhebraeus medicum Resaïnensem primum libros Graecos, id quod verum minime est, Syriace vertisse scriberet[82]), a Barhebraeo linguas Persicam et Syriacam inter se confusas esse Sergiumque, qui et archiatria Romana Resaïnae fungeretur et bibliothecae regis Persarum praeesset, primum contenderet libros de philosophia et arte medica Graecos Persice versos edidisse. Ne id quidem vidit vir acerrimus, utrum re vera Persice scriptae fuerint illae, quas Agathias significat, historiae regum Persarum, an Syriace, nequaquam liquere. Immo multo veri similius videtur, annales illos Syriaco sermone compositos fuisse, cuius usus eo tempore in aula Sassanidarum tritissimus erat.[83]) Persarum autem et Syrorum tam linguas quam mores ritusque non nunquam a scriptoribus Arabibus et Graecis, qui post Constantini fere aetatem floruerunt, confundi notum est. Ut de uno exemplo accuratius commemorem, ipse Agathias[84]) affirmat multa Graecorum scripta in usum Chosroïs regis ἐς τὴν Περσίδα φωνὴν conversos esse. Re vera de sermone Syriaco cogitandum est. Nam unus, quem de litteris Graecis Chosroï dicatum esse certo scimus, liber e Graecis exemplaribus ad verbum fere expressis Syriaca lingua factus est. Libellum dico Pauli Persae de arte logica, quam Landius in tomo IV Anecdotorum typis exaratum edidit.[85]) Contra nullo modo fieri poterat, ut Barhebraeus et eruditissimus homo et natione ipse Syrus Syriacam appellaret linguam Persarum. — Sed ad quaestionem propositam nos referamus. Verum esse id, quod illi homines docti statuerunt, vel propterea non potest, quod

Agathias haud paulo est aetate posterior archiatro Resaïnensi. Agathias natus est anno fero 535, mortuus anno 580. Historiis conscribendis operam dare coepit post mortem Iustiniani.[86]) Altera ex parte Chosroës ad plures migravit anno 579. Agathiae igitur amicum bibliothecae regis Persarum praefuisse apparet etiam inter annos 565 et 579. Sergium Resaïnensem vidimus obiisse anno 536. Res adeo in plano est, ut satis mirari non possim, quomodo factum sit, ut etiam Wrightius vir summus et de litteris Syriacis unice meritus in tam rusticum errorem incideret.

Paulo intricatior quaestio est de Sergiis grammaticis. Neque enim per se veri admodum dissimile est archiatrum Resaïnensem, qui diu Alexandriae studiis litterarum vacavisset, tanta fuisse linguae Graecae peritia, ut Dionysii, Herodiani, Theodosii de re grammatica praecepta in angustum cogeret aut verbosis commentariis occultaret. Sed quo probabilior res est et specie, ut sic dixerim, blandior, eo cautius oportet in singula inquiri. — Primum Meyerus[87]), Merxius[88]), Gemollius[89]) interpretem Syrum eundem fuisse putant atque Sergium grammaticum, quocum Severus patriarcha de Christi natura litteris datis disputavit, id quod, cum rixis Chalcedonensium et Monophysitarum archiatrum Resaïnensem occupatum videamus, a vero non adeo absonum est. Plures etiam probabilitatis numeros ideo coniectura habet, quod, ut ne verba faciam de fragmento a Photio[90]) servato, epistolae Severi et Sergii non solum in bibliotheca Coisliniensi[91]) Graece sed etiam Syriace scriptae in bibliotheca Musei Britannici[92]) latent. Quamquam ego, cui neutrum exemplum inspicere contigerit, utrum e Graeco in Syriacum, an e Syriaco in Graecum sermonem translatae sint, ne suspicari quidem ausim. Deinde incertae aetatis grammaticum Sergium, qui a Choerobosco pg. 546, 32 (ed. Gaisford) et in Etymologico magno pg. 223, 1 laudatur, putant eundem fuisse atque Sergium Resaïnensem Merxius[93]), eundem certe atque eum, qui litterarum commercio cum Severo iunctus erat, Christius[94]), Krumbacherus[95]), Ludwichius.[96]) Porro lectorem quendam Emesenum Sergium nomine, quem rei grammaticae adornandae studuisse constat, confundit Merxius[97]) cum archiatro, Ludwichius[98]) cum auctore Choerobosci. Denique forte fortuna factum est, ut omnes, qui de Sergio archiatro scripserunt, fugeret quidam Σέργιος ὁ νεώτερος, qui inter Ioannem Philoponum et Choeroboscum floruisse videtur.[99]) — Contra eos qui Sergium Resaïnensem etiam de arte grammatica Graeca scripsisse putant, Hilgardus[100]) dixit, qui unum tantum grammaticum Graecum Sergium nomine exstitisse ponit, a quo prorsus secernendus sit interpres Syrus. Verum argumenta ad confirmandam sententiam nulla protulit. Res autem ex parte quidem ad certissimum finem adduci potest. Disputandi initium faciam a lectore Emeseno; cuius in duobus codicibus Harleiano et Vaticano exstat ἐπιτομὴ ὀνοματικῶν κανόνων ἐκ τῶν

Ἡρωδιανοῦ, quam primus integram edidit Hilgardus.[101]) Sed ieiuna regularum grammaticarum enumeratione de aetate viri aut vitae condicione plane nihil efficitur. Unus, qui Sergium lectorem diserte laudat, Pachomius Rhusanus est monachus XVI fere saeculi[102]), qui praefationi libri sui de arte grammatica in cod. Nan. Graec. 305 servati indicem eorum grammaticorum inseruit, quorum scripta ad Manuelis Moschopuli usque aetatem Byzantini frequentissime adhibuissent, hunc[103]): ἀλλὰ μέχρι μὲν κυροῦ Μανουήλ, τοῦ Μοσχοπούλου καὶ ἡμῖν κατὰ τὴν θρησκεῖαν ὁμοδόξου τὰ τῶν παλαιῶν ἐπεκράτει, οἷον Διονυσίου τοῦ Θρακὸς τέχνη, Θεοδοσίου γραμματικοῦ Ἀλεξανδρέως περὶ κλίσεως ὀνομάτων καὶ ῥημάτων, περὶ πνευμάτων, Σωφρονίου πατριάρχου περὶ ὀρθογραφίας, ἔτι Ἰωάννου τοῦ Χάρακος καὶ Τιμοθέου τοῦ Χάρακος κανόνες, Σωφρονίου τοῦ πατριάρχου περὶ προθέσεων, Σεργίου τοῦ ἀναγνώστου Ἐμεσινοῦ εἰς τὰ Αἰλίου Ἡρωδιανοῦ, Θεωδορήτου περὶ πνευμάτων τῶν ὄκτω στοιχείων ἐξ Ἡρωδιανοῦ πρὸς Πατρίκιον, Ἡρωδιανοῦ περὶ χρόνων, περὶ σχημάτων καὶ ἄλλων, Ἰωάννου γραμματικοῦ Ἀλεξανδρέως τονικῶν παραγγελμάτων ἐν ἐπιτομῇ, Μιχαὴλ τοῦ μονάχου καὶ Συγκέλλου περὶ συντάξεως καὶ ἑτέρων κ. τ. λ.

Non spernendae doctrinae documentum, quod, si verum video, non ipse undique congessit Pachomius sed a Manuele Moschopulo Michaëlis VIII et Andronici II Palaeologorum aequali[104]) transscripsit, plus etiam in recessu habet, quam fronte promittat. Quo antequam in definienda Sergii lectoris aetate utamur, necesse est, duos locos paulo attentius perpendamus. Ac primum quidem verba inde ab ἔτι usque ad κανόνες recte non habere, vel inde cognosci potest, quod perperam τοῦ Χάρακος iteratur. Neque enim Timotheo Gazaeo Characi cognomen fuisse ullo testimonio confirmatur aut probabili coniectura potest poni. Offendit etiam, quod Ioannis et Timothei mentio inter duo Sophronii patriarchae scripta interposita est et a singulari illo ἔτι incipit. Nimirum verba in exemplo Manuelis Pachomio proposito scripta erant post πνευμάτων. Quae cum forte in transscribendo omisisset, ubi peccatum cognovit, statim addidit Pachomius, cum praeposito ἔτι errorem a se commissum significaret. Deinde etiam in genetivo τονικῶν παραγγελμάτων suo quis iure haeserit. Ceteri enim librorum tituli, id quod structurae leges poscebant, in nominativo aut re vera positi sunt aut vi certe et sententia. Rem enodare nisi ita non possum, ut statuam etiam illud τονικῶν παραγγελμάτων suspensum esse ab ἐξ praepositione post στοιχείων posita, scriptaque Theodoreti tria significari scilicet περὶ πνευμάτων τῶν ὄκτω στοιχείων ἐξ Ἡρωδιανοῦ πρὸς Πατρίκιον, ἐξ Ἡρωδιανοῦ περὶ χρόνων, περὶ σχημάτων καὶ ἄλλων, ἐξ Ἰωάννου γραμματικοῦ Ἀλεξανδρέως τονικῶν παραγγελμάτων ἐν ἐπιτομῇ. Neque igitur omnino Herodiani aut Ioannis Philoponi libri inter eos numerantur, qui in scholis Byzantinorum usque ad saeculum tertium decimum lectitabantur, sed solum summaria ex eis a Theodoreto excerpta. Id

quod vel ipsa re adprime commendatur. Haec modo in primis posita sint, facili opera demonstrari potest scriptores grammaticos a Pachomio vel potius a Manuele observata cuiusque aetate enumerari. Dionysium Thracem Aristarchi discipulum sequitur Theodosius Alexandrinus aetate Ioanne Charace[105]) et Georgio Choerobosco, ut qui canones Theodosii commentariis enarraverint, superior idem, si quidem coniecturae indulgere licet, atque ille θαυμαστὸς γραμματικὸς Θεοδόσιος cuius Synesius (crc. 370—413) mentionem facit in ep. IV.[106]) Qui post Theodosium ponitur Ioannes cognomine Charax Theodosio, ut monui, inferior, superior aetate est Choerobosco, clarissimo saeculi sexti[107]) grammatico, a quo passim laudatur.[108]) Sine controversia secernendus est ab Ioanne Charace patriarcha Constantinopolitano Morocharzanarum gente prognato, quem Theophilus imperator (829—842) magistrum habuit.[109]) Contra eundem putaverim eum esse atque Ioannem Gazaeum poëtam, quem litterarum elementis tradendis operam dedisse constat e titulis carminum IV et V et versibus V 49 s. s.[110]) Illum autem tam Procopio Choericii discipulo quam Timotheo paulo superiorem fuisse colligi potest ex ordine nominum in scholio Anthologiae Parisino allatorum.[111]) De Timothei deinde grammatici Gazaei, cuius κανόνες καθολικοὶ περὶ συντάξεως e cod. Coisl. 387 a Cramero editi sunt, dubitari nequit Horapollinis Alexandrini discipuli[112]), aequalis Anastasii imperatoris (491—518).[113]) Sequitur aetate Sophronius, sive celeberrimum illum patriarcham Hierosolymitanum intelligimus, qui anno 629 ad dignitatem patriarchatus productus contra Sergium Monotheletam a partibus Orthodoxorum stetit, sive, id quod mea quidem sententia multo praestat, patriarcham Alexandrinum (844—857), cuius commentarios grammaticos Egenolffus nuper edidit in Gramm. Graec. tom. IV parte altera. Michaël denique, qui postremo laudatur, μόναχος καὶ σύγκελλος[114]) a Theophilo imperatore, quod imaginum cultui faveret, in carcerem inclusus Sophronio Hierosolymitano aetate multo inferior, Sophronii Alexandrini fere aequalis est. Scriptorum seriem ad ordinem temporis recensitam nemo non agnoverit. Necessario igitur efficitur aut Sophronium Hierosolymitanum inter et Michaëlem aut in ipsa Michaëlis et Sophronii Alexandrini tempora incidisse aetatem Sergii et Theodoreti. Atqui sive septimo sive octavo sive nono saeculo Sergium lectorem floruisse putamus, neque idem fuisse potest atque medicus Resaïnensis neque cum Severo patriarcha litteris datis disputavisse neque a Choerobosco esse laudatus. Ergo lector Emesenus secernendus est ab omnibus, de quibus dixi, Sergiis.[115]) Ex adverso epistolas a Sergio grammatico ad Severum datas commendabili coniectura ad interpretem Syrum referri posse iam monui, eo inquam probabiliore coniectura, quod Sergium et cunctantem semper dubitantemque Severi sectatorem fuisse vidimus et ipsi Severo notum facile colligi potest, cum eodem fere tempore

utrumque Alexandriae litterarum studiis vacavisse constet.[116]) A Choerobosco denique et in Etymologico magno putaverim Σέργιον τὸν νεώτερον laudari. Is vero num idem sit atque medicus Syrus ut prorsus incompertum ego in medio relinquam.

Ea igitur, de quibus adhuc expositum est, testimonia ad interpretem Syrum aut non certo aut omnino non possunt revocari. Contra mihi quidem exploratum est nomen viri subscriptum exstare in actis synodorum, quae anno 536 Constantinopoli habitae sunt. Duae autem cogebantur altera ab Agapeto post Anthimium sede Constantinopolitana pulsum, altera defuncto subita morte Agapeto a Mena, qui in locum Anthimii promotus erat.[117]) In actis harum synodorum obviam sunt duorum Sergiorum nomina. Primum inter eos, qui subscripserunt libello „Marciani presbyteri et primatis monachorum regiae civitatis et ceterorum archimandritarum eiusdem et archimandritarum et monachorum Hierosolymorum ac orientalium" Agapeto de excommunicandis Severo et Anthimio proposito est, Σέργιος πρεσβύτερος καὶ περιοδεύτης τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν ἐπιχωρίων τῆς πρώτης Σύρων ἐπαρχίας.[118]) Deinde alii libello, quem de eadem causa episcopi et monachi maximam partem orientales pontifici Romano tradiderunt, subscripsit Σέργιος πρεσβύτερος καὶ περιοδεύτης τῆς μονῆς Γινδάρου.[119]) Atqui in numero eorum quoque, qui cum Marciano ad synodum alteram post mortem Agapeti habitam admissi sunt, Σέργιος quidam est πρεσβύτερος καὶ περιοδεύτης.[120]) Qui quin idem sit atque periodeuta primae Syrorum eparchiae, non potest dubitari, cum diserte dicantur iidem cum Marciano admissi esse, qui libello papae proposito cum eo subscripsissent.[121]) Quominus igitur periodeutam primae Syrorum eparchiae cum medico Resaïnensi confundamus, obstat dilucidum testimonium Pseudo-Zachariae Sergium ante Agapetum vita cessisse. Contra περιοδεύτης τῆς μονῆς Γινδάρου, cuius nulla unquam post mortem Agapeti mentio fit, quis tandem fuerit nisi Sergius Resaïnensis? Neque enim persuadere mihi possum, virum, cuius tantae fuerant in itinere Agapeti partes, simul ac Constantinopolin perventum est, rebus gerendis prorsus abstinuisse. Immo Constantinopoli Sergium contra Severum et Anthimium egisse, nisi fallor, vel acerbissimo illo Monophysitarum odio efficitur. — Itaque monachum Sergium fuisse, quamquam, quae periodeutarum in regendis monasteriis partes fuerint, parum liquet, ex illa subscriptione cognoscitur. Id quod cum certis, quae de illo sunt, testimoniis minime pugnat. Neque enim monachum archiatria functum esse mirum est ea aetate, qua artes litteraeque foro et gymnasiis pulsae in umbracula monasteriorum confugere coepissent. Erat certe quaedam muneris species, quae cum conditione vitae et studiis doctorum monachorum plane conveniret. Nam ut omittam, quae alii aliter de archiatria disseruerunt[122]), Briandus et Salomonius[123]) quinque constituunt archiatrorum genera. Distinguunt enim inter archiatros sacri palatii,

qui sunt medici imperatorum, archiatros populares, qui in oppidis provinciarum medici publici constituti erant, archiatros populares urbium Romae et Constantinopoleos, magistros scholarum medicorum, archiatros denique xysti et aedium virginum Vestalium, quorum singularem condicionem fuisse efficitur loco Cod. Theod. L. XIII T. III de medd. et proff. c. 8. Quae in universum sagacissime sunt iudicata. Id unum nego, eos, qui scholis medicorum praeessent, archiatros appellari solitos esse. Nam et unum, quo opinio hominum doctorum firmari poterat, titulum[124]) Maffeius et Wilmannsius falsum esse suspicantur et, si illo titulo ut certo documento uti licuisset, nullo modo probari poterat Livium Eutychum ad scholam medicorum pertinuisse aut adeo illius magistrum fuisse. Quae si ita habent, Sergius, ut qui in extremo angulo imperii vitam degeret, nisi medicus popularis Resaïnae oppidi esse non poterat. Illius autem archiatrorum generis videtur fuisse primum morbos pauperum gratis et sine mercede curare. Deinde etiam iuvenes arti medicae dediti archiatris popularibus, qui in provinciis constituebantur, docendi erant. Scilicet medicos immunes, quorum certus ab Antonino Pio numerus lege lata definitus est[125]), archiatrorum dignitate ornatos fuisse primus Goldhornus recte ex primis verbis edicti a Constantino imperatore anno 326 editi et inde collegit, quod Iuliani, qui Graece est, νόμῳ περὶ τῶν ἰατρῶν sc. immunium, Latine verso inscribitur: „Iulianus ad archiatros", altero autem edicto, quod anno 333 edidit, Constantinus ideo medicorum et professorum vacationes a se confirmari profitetur: „quo facilius liberalibus studiis et memoratis artibus multos instituant".[126]) Quid vero cum doctrina Sergii magis conveniebat quam iuvenes artem medicam docere, cum eo, quod hominem religiosum decebat, studio caritatis quam pauperibus curandis vires scient iamque impertire? — Ne illud quidem impedit, quin monachum Sergium fuisse arbitremur, quod solum ܩܫܝܫܐ (πρεcβύτεροc) appellatur. Nam ܩܫܝܫܐ (πρεcβύτεροc) quivis sacerdos appellatur, sive presbyter saecularis sive monachus intelligendus est. Unde fit ut saepissime scriptores Syri apposito ܒܪ ܥܠܡܐ (saecularis)[127]) vel ܕܝܪܝܐ (monachus)[128]) vel ܪܝܫ ܕܝܪܐ (archimandrita)[129]) rem accuratius significent.

Quodsi Sergius Resaïnensis monasterio praefuisse putandus est, coniectura se offert quamvis infirma, perquam tamen blanda, illi dicatum esse chronicon Iosuae Stylitae, quod anno fere 507 scriptum esse videtur. Quod enim Iosua Sergium illum, cui librum suum mittit, solum ܩܫܝܫܐ ܘܪܝܫܕܝܪܐ (presbyterum et archimandritam) appellat, inde nihil difficultatis oritur. Neque enim necesse erat, clericus cum clerico librum dicaret, in quo nihil esset de arte medica, profanam archiatriae dignitatem appellaret[130]), neque omnino scitum est, unde a quo anno Sergius archiatria functus sit. Eadem virorum aetas est, idem studiorum ardor, eaedem denique in rixis Nestorianorum, Monophysitarum, Chalcedonensium partes sunt. Nam

aeque atque Sergium et Monophysitarum maxime partes amplexum esse Iosuam ut per se consentaneum est in scriptore eius temporis Edesseno, ita apparet inde, quod Philoxenum Hieropolitanum[131]) et Iacobum Sarugensem[132]) laudibus effert, et alienum fuisse ab acerbitate illa, qua plurimorum tunc animi perfusi erant, tantum non clara voce clamat indoles illa serena, aequa, iucunda, qua liber ab eo compositus singulariter inter historias Syriace scriptas claret.

Sed haec nimis in coniecturis posita sunt quam in quibus diu moremur, praesertim cum supersit quaestio omnium facile gravissima, num merito medicus Resaïnensis idem esse atque „Sergius Eliae filius Graecus“ visus sit doctissimis hominibus Wüstenfeldio[133]), Meyero[134]), Rosio[135]), Gemollio.[136]) Proficiscendum est a loco Haği Chalfae (ed. Flügel) V pg. 132:

كتاب الفلاحة الرّوميّة تأليف الحكيم قسطوس بن اسكوراسكيه وترجمه سرجس بن هليا الرّوميّ من الرّوميّ الى العربيّ يشتمل على اثنى عشر بابا وعرّبه ايضا قسطا بن لوقا البعلبكّيّ واسطاط وابو زكريا بن يحيى بن عدى وكانت ترجمة سرجس أكمل وأصلح من غيرها وترجم هذا الكتاب بالفارسيّة وسمّاه الفرس كتاب ورزنامه وترجمه بعض المترجمين من الفارسيّة الى العربيّة فلم نريه على ما يحبه من الترتيب والكمال

„Liber agriculturae Graece compositus a sapiente Ḳosṭūs filio Askūrāskija. — Convertit eum Sergius Eliae filius Graecus e sermone Graeco in Arabicum. Complectitur duodecim capita. Verterunt eum etiam Ḳosṭā filius Lucae Baalbecenus et Eustathius et Abū Zakarjā filius Iaḥjae filii Adii. Omnium vero optima et emendatissima exstitit versio Sergii. Etiam in sermonem Persicum liber translatus est. Persae eum appellant Varznāmeh. Interpres quidam novam inde versionem Arabicam confecit, neque tamen in ea cognoscimus commodam et perfectam, quam efficere studuit, rerum dispositionem.“

Quod testimonium, quamvis certum et dilucidum prima specie videri possit, plurima in se habet impedimenta et, ut sic dixerim, stimulos explanationis. Primum vel in ipso titulo libri, de quo Hağî Chalfa dicit, potest haereri. An facile est ad credendum hominem Graecum libro suo inscripsisse agriculturae Graecae. Eum vero titulum Hağî Chalfa contendit operi Graece ab ipso „Ḳosṭūs“ composito fuisse non versioni, Arabicam quam fingit, inde a Sergio factae. Deinde Sergii Eliae filii Graeci nomen minime olet interpretem Arabice scribentem. Denique ea quoque quaestio offenderit, qua parte versio Sergiana ceteras superare homini docto Arabi visa sit. Gra-

vissimos autem scrupulos movet ipsum nomen „Kosṭūs“. Quem enim scriptorem Graecum significari putemus? An Meyero auctore[137]) Cassium Dionysium Uticensem, qui Magonis Carthaginiensis de re rustica libros Graeco sermone retractatos edidit?[138]) — At, ut omittam difficile esse ad intelligendum, quomodo ex Cassio Dionysio „Kosṭūs“ factus sit, nemo, qui aliquam habuerit litterarum Graecarum notitiam, sibi persuadebit Dionysii libros ad Arabum usque tempora duravisse, quos ne Vindanius Anatolius quidem praesto habuit. — An Constantinum imperatorem Porphyrogenetum cognomine, quem, cum eclogae, quae servatae sunt, georgicae Graecae ei dicatae essent, ipsum pro eius operis auctore Arabes habuerint? — At penitus refutavit eam opinionem, quam ante Tiraquellus[139]) et Rosius[140]) defenderunt, Gemollius[141]) collatis inter se Geoponicis Graecis et eis locis, quos e libro ab Haǵi Chalfa significato afferunt scriptores Arabes Ibnelawamus, Ibnbaitharus, Serapion.

Aliquid veri iamdudum senserunt Wüstenfeldius[142]), Meyerus[143]), Rosius.[144]) Primus recte, nisi quod Meyerum secutus Sergium Resaïnensem Persice scripsisse posuit, rem explicuit Gemollius.[145]) Statuit Haǵi Chalfam perperam commutavisse eum, qui librum primus condidisset aut potius e Graeca lingua in Persicam transtulisset, Sergium Eliae filium Graecum, qui idem esset atque archiater Resaïnensis, et eum, qui versionem Arabicam confecisset, Kostūs, qui idem esset atque Kostā Lucae filius medicus. — Dicat aliquis confirmari testimonium Haǵi Chalfae cod. bibl. Lugd. Batav. 192 (Warner. 414)[146]), quo integer servetur liber a „Kosṭṭūs“ quondam Graece scriptus, a Sergio Arabice versus. Quod enim ibi semper pro قسطوس sit فسطوس, neminem fore, quin videat eum esse calami errorem quam lenissimum. — At adeo non confirmatur illo codice manu scripto auctoritatis Haǵi Chalfae, ut etiam magis infringatur.

Codex est chartaceus altus cm. 27,0 latus cm. 8,9 foliorum 205 scriptus manu diligentissima mense Muharram anni fugae 813. Quin revera contineat librum ab Haǵi Chalfa significatum, dubitari non debet. In prima pagina scriptus est titulus libri hic

كتاب الفلاحة الرّوميّة للحكيم قسطوس (cod. ms. فسطوس) بن اسكوراسكيه

„Liber agriculturae Graecae auctore sapiente Kosṭūs filio Askūrāskija.“

Cui subscripta sunt manu et recentiore multo et neglegentiore, quaecum manu eius, qui ipsum librum exaravit, confundi plane nequit, haec:

أخرجه من اللغة الرّوميّة الى اللغة العربيّة عدّة من المترجمين

منهم قسطا بن لوقا البعلبكّى واسطان (اوسطاط .leg) وابو زكريا يحيى بن عدى وسرخس بن هليا الرّومّى فكانت ترجمة سرخس أكمل وأصلح من ترجمة سائر المترجمين وترجم ايضا هذا الكتاب بالفارسّية وسمّاه الفرس نورتامه (ورزنامه .leg) وترجمه بعض المترجمين من الفارسيّة الى العربيّة فلم يأت به على ما يحبّ من التّرتيب والكمال والله اعلم

نقلت من كتاب الفهرست الكبرى لابن النديم البغدادىّ

„Transtulerunt librum ex lingua Graeca in Arabicam complures interpretes. Quorum e numero sunt Ḳosṭā Lucae filius Baalbecenus et Eustathius (cod. ms. Esṭān) et Abū Zakarjā Iaḥjā filius Adii et Sergius Eliae filius Graecus. Omnium vero optima et emendatissima exstitit versio Sergii. Etiam in sermonem Persicum liber translatus est. Persae eum appellant Varznāmeh (cod. ms. Nūrtāmeh). Interpres quidam novam inde versionem Arabicam confecit, neque tamen commodam et perfectam, quam efficere studuit, rerum dispositionem assecutus est. Deus optime scit.

„Transscripsi ex Kitâb el-Fihrist el-Kubrā auctore Ibnennadīmo Bagdadensi."

Quae qui titulo libri adiecit, cum ex Kitâb el-Fihrist, qui dicitur, libro se transscripsisse contendit, impudentissime mentitus est. Neque enim in celeberrimo libro Ibennadīmi inveniri possunt verba. Contra ex Haǵi-Chalfa, a cuius verbis non nisi levissimis rebus discrepant, ea fluxisse nemo non videt. Neque igitur ullius sunt propriae auctoritatis ad confirmandam eam, quam Haǵi-Chalfa profitetur, de libro agriculturae Graecae opinionem. — Altera deinde pagina codicis Lugdunensis leguntur primum quidem titulus amplioribus paulo et tumidioribus verbis expressus, deinde de circuitu voluminis

يشتمل على أثنى عشر جزء

„Complectitur duodecim libros"
et de Sergio interprete

ترجمه سرخس بن هليا الرّوميّ. ترجمه من الرّوميّ الى العربيّ

„Convertit librum Sergius Eliae filius Graecus. Convertit eum e sermone Graeco in Arabicum."

Eadem de Sergio verba in capitibus singulorum librorum posita sunt. — Mirum profecto in eis conspicuum est dicendi genus. Quod si quis attentius mente perpensaverit, concedet duas de Sergio sen-

tentias non posse ab eodem homine profectas esse. Si enim is, qui primus Sergii interpretis mentionem titulo adiecit, sibi persuasisset versionem Sergianam ex lingua Graeca in Arabicam factam esse, sententiam suam uno enuntiato procul dubio complexus esset. Antiqua, ut uno verbo rem absolvam, nisi verba

ترجمه سرخس بن هليا الرّومىّ

„Convertit librum Sergius Eliae filius Graecus"

non sunt, ea, quae sequuntur, postea coniectura sunt addita. Ad eandem vero coniecturam etiam Ḥaǵi Chalfa confugisse videtur facillimam eam quidem quaeque ultro se offerebat.

Ergo antiquitus id solum constabat librum de agricultura Graeca a Sergio Eliae filio Graeco esse translatum. In quam linguam transtulisset, Arabes certo non sciebant. Itaque Arabice Sergium Eliae filium scripsisse ut credamus, nullo argumento efficitur. — Videamus num illud certum sit et exploratum Graece scripsisse Ḳosṭūs illum, cuius nomen liber de agricultura Graeca Arabicus fronte gerit. — Ḥaǵi Chalfa quinque numerat versiones libri de agricultura Graeca, Sergianam, quam fingit, Ḳosṭae, Eustathii, Abu Zaḳarjae, eam denique, quam incertus scriptor e versione Persica confecerit. Ex his unam tantum procul dubio in manibus habuit Sergianam. Ea enim sola in numero librorum est ab illo recensitorum. Etiam versionem e Persico sermone factam ipsum Haǵi Chalfam novisse veri simile est. Quamquam cogitari potest iudicium de illius versionis indole et arte ex eodem fonte manavisse, unde de versionibus Ḳosṭae et reliquorum doctrinam hausit. Illas enim versiones se ipsum vidisse minime contendit. Immo dubitari non potest, quin earum notitiam ex alio fonte sibi comparaverit optimae quidem eo notae. Quod vero Sergianam illis praestare affirmat, illud, si quis indolem rationesque lexicographi recte perspexerit, facile intelliget inde factum esse, quod eam solam ipse legit, illas, quas antea exstitisse nescio unde cognoverat, ad suam usque aetatem duravisse non putabat, ut quae fuissent minore arte confectae. Iam de versione Sergii, quod eam ex Graeca lingua Arabice factam esse contendit, id vidimus eum coniectura assecutum esse. Cetera vero quae de auctore, titulo, circuitu eius perhibet, adeo cum verbis codicis Lugdunensis conveniunt, ut dubitari non possit adhibuisse Haǵi Chalfam codicem operis eiusdem familiae, cuius est codex Lugdunensis. Ex inscriptione autem libri Lugdunensis, nisi quis praeoccupata mente rem spectat, minime patet Ḳosṭūs operis Graeci conditor putandus sit an versionis Arabicae. Evoluto autem libro maiores etiam, si quis Haǵi Chalfae testimonium defendere voluerit, difficultates obstabunt. Plurimis enim locis Ḳosṭūs ille, quem pro Graeco habeat necesse erit, ipse se Graecis, Graeciae

suam terram[147]), Graecis suae gentis homines doctos opponit.[148]) E quibus unice omnium clarissimus est III 24.[149]) Ibi primum quaedam ex Homero afferuntur. Mox annectitur a verbis قال قسطوس (lb. ms. فسطوس) „dicit Ḳosṭus" incipiens annotatio, qua Graeciae, ad cuius caelum verba Homeri optime quadrent, scribentis terra opponitur. Atqui haec nulla unquam arte ad Sergium, quem Haǵi Chalfa fingit interpretem Arabem, revocari poterunt. Ipsius sine controversia Ḳosṭūs sunt. Is ergo, qui nomine Ḳosṭūs significatur, non exemplum Graecum sed eam, quae et in manibus Haǵi Chalfae erat et in codice Lugdunensi servatur, versionem Arabicam condidit, ita quidem, ut passim exemplo sibi proposito liberrime uteretur, adderetque multa, quae ad suae patriae caelum spectarent quam maxime a Graeco diversum. — Ne ipsum quidem Ḳosṭūs nomen recte habet. Immo Ḳosṭae nomen interpreti illi fuisse certissimo testimonio scriptoris efficitur Haǵi Chalfa multo et aetate superioris et fide dignioris. Rhasis inquam. Quae enim ille in Continente ex libro agriculturae Graecae a Ḳosṭa quodam verso affert, ea omnia sunt in codice Lugdunensi qui nomen Ḳosṭūs prae se fert. Iam qui Ḳosṭā intelligendus sit, oleat, cum scitum sit Ḳosṭam Lucae filium Baalbecenum librum agriculturae Graecae Arabice versum edidisse. Accedit ut aetate, fide, studiis, scriptura inter Ḳosṭam, cuius translatio est in codice Lugdunensi, et Ḳosṭam Lucae filium conveniat. Filium Lucae clarissimum illum philosophum et medicum exeunte saeculo nono ad aulam chalipharum evocatum esse constat. Versio Arabica Lugdunensis tum temporis condita esse videtur, cum ad artes scientiasque Arabum lingua litteraeque Persicae conferebant plurimum, ut quarum vestigia passim in codice Lugdunensi pateant. Id autem maxime quadrat ad magnificorum illorum Abbasidarum aetatem, qui undique se Persicis ingeniis, artibus, splendoribus, lautitiis cingebant. Fidei Ḳosṭam Lucae filium addictum fuisse Christianae scitum est. Atqui in codice Lugdunensi praeter laudes Dei et Muhammedis, quas in fine singulorum librorum librarii addere solent, quamvis multa, id quod et attigi iam et infra accuratius persequar, interpres Arabs ex arbitrio suo mutaverit, Mohammedanae religionis indicia nulla usquam reperiri possunt. Deinde versionem Lugdunensem a medico confectam esse putaverim. Quae enim de sanitate hominum praecepta in exemplari sibi proposito ubique dispersa inveniebat, singulari cura collegit, ita ut proprium librum efficerent. Medicae vero arti praecipuam operam navasse Ḳosṭam Lucae filium inter omnes, qui de eo sunt, auctores convenit. Scriptura denique quin Lucae filius in confiniis Syriae Arabiaeque natus, qui in Mesopotamia maxime vitam degeret, Cufitica usus sit, non debet dubitari. Consonantium autem litterarum, quas in nominibus Graecis codex Lugdunensis exhibet, permutationes nisi in scriptura Cufitica fieri non poterant.[150]) Itaque universa causa illuc redit, ut quaeramus, num Ḳosṭam Lucae filium etiam Rhases

significare per aetatem utriusque potuerit. Atqui Ḳosṭam Lucae filium aequalem Barhebraeus[151]) scribit fuisse fere el-Kindii, qui Mamuno et Mutasimo chaliphis (813—841) floruit, usque ad tempora Moḳtadiri chaliphae (908—932) vixisse Ibnabiozeibia[152]) auctor est. Unde veri simile est eum non multo post annum 910 obiisse. Contra Rhasem migrasse ad plures anno 922 tradit Ibnšona[153]), 923 Ibnabiozeibia[154]), 932 Barhebraeus[155]) et El Ḳifṭius.[156]) Fieri igitur procul dubio poterat ut Rhases in Continente, cui sub finem vitae extremam manum imposuisse putandus est, quoniam post mortem auctoris opus edidit Mohammedes Ibnelamidus princeps[157]), librum agriculturae Graecae a Ḳosṭa Lucae filio Arabice retractatum exscriberet. Quodsi, ut ad Sergium redeam, librum agriculturae Graecae non antiquus quidam Ḳosṭūs Graece scripsit, sed Ḳosṭā Lucae filius saeculo nono Arabice vertit, Sergium autem Eliae filium eundem librum transtulisse constat, neque Ḳosṭā librum e Graeco sermone neque Sergius in Arabicum vertisse potest. Immo hoc certo efficitur librum Graecum a Sergio Eliae filio sive Persice sive Syriace versum esse, inde a Ḳosṭa Lucae filio versionem Arabicam factam. E versione Persica Arabicam, Ḳosṭae factam esse ne putemus, vel illud impedit, quod Haǵi Chalfa, quem utramque cognitam habuisse, ut dixi, veri simile est, discernit versionem Ḳosṭae, quam falso Sergii dicit, ab ea, quam e translatione Persica factam esse docet. Accedit longe gravissimum hoc, ut in ipsa versione Ḳosṭae multi loci sint, quibus demonstretur eam de exemplo Syriaco factam esse. Potissima tantum significo argumenta. I 1, ubi de anno Graeco agitur, mensium singulorum nomina afferuntur non solum Latina, quae apud Graecos invaluerant, sed etiam Syriaca. Syriaca deinceps mensium nomina per totum opus in definiendis temporibus adhibentur.[158]) Nomina propria Graeca ita fere laudantur, ut apud Syros sonabant.[159]) Saepissime denique rerum nominibus Graecis vel Arabicis annectuntur, insertis verbis التى تسمّى بالسّريانيّة „quod Syriace appellatur“, Syriaca.[160]) Transtulit igitur librum de agricultura Sergius Eliae filius e lingua Graeca in Syriacam. Hoc autem concesso, quin idem fuerit atque Sergius archiater Resaïnensis, dubitare non potest, si quis resciverit quam mira et singularis fuerit temporibus Ḳosṭae apud praestantissimum quemque scientiarum doctorem auctoritas interpretis Resaïnensis denuo quasi renata et reflorescens. Sed de ea infra curiosius dicam. Nunc, ubi argumentis prolatis probavimus, accuratius persequamur opinionem, quam supra Gemollium secutus paucis adumbravi. Sergius Eliae filius Graecus idem est atque archiater Resaïnensis. Libros, cuiuscunque fuerunt, de re rustica Graecos Syriace expressit vel potius Syriaca lingua retractavit. Tam proprium certe, tam novum, tam grave Sergianum opus visum est, ut Graeci auctoris nomen matura oblivione obrueretur. Arabice

illud retractavit saeculo nono Ḳosṭā Lucae filius medicus. Cuius libro hunc fere informemus nobis titulum fuisse

كتاب الفلاحة الرّوميّة للحكيم قسطا ترجمة سرخس بن هليا الرّومىّ

„Liber agriculturae Graecae sapientis Ḳosṭae secundum versionem Sergii Eliae filii Graeci."

Eum librum adhibuit aequalis viri Rhases. Mox adeo invaluit libri auctoritas, ut vetustissima quaeque et maxime peregrina admirari soliti scriptorem saeculi noni Arabem pro perantiquo quodam philosopho Graeco haberent. Id quod eo facilius fieri poterat, quo minus recte intelligebant verba ترجمه سرخس „secundum versionem Sergii". Ita accidit ut etiam nomen viri immutaretur ad normam nominum Graecorum in οc desinentium. Eadem confusione Haǵi Chalfa et librarius codicis Lugdunensis eo adducti sunt, ut antiqui, quem mentibus sibi finxerant Ḳosṭūs, librum a Sergio Arabice redditum esse putarent. Poterant autem eo confidentius putare, quod alii quoque, ut vidimus, libri Sergiani sine interpretis nomine Arabice versi circumferebantur confudebaturque Sergius Resaïnensis ab Arabibus cum interprete Arabe Mā Sirǵīs. — Haec quidem de Sergio Eliae filio.

Idem est sine controversia „Serǵūn" Eliae filius Graecus[161]) laudatus in cod. bibl. Lugd. Batav. 1034 (Warner. 680), quo continetur Ptolemaei μεγάλη cύνταξιc Arabice versa. Quod enim folio extremo „Serǵūn" Eliae filius et Haǵǵaǵus Iosephi filius anno fugae 214 libri Graeci versionem Arabicam perhibentur ad finem perduxisse, idem error latet atque in testimonio Haǵi Chalfae, de quo copiose disputavimus. Nam duos homines Arabes simul in uno libro vertendo versari solitos esse id vehementer vereor ne nullis possit exemplis certis confirmari. Accedit, ut iam circa annum fugae 214 libros Graecos directo e Graeca lingua in Arabicam translatos esse nullam prorsus habeat speciem probabilitatis. Videtur igitur etiam Ptolemaei potissimum opus a Sergio Resaïnensi Syriace versum esse. Unde facta est anno fugae 214 versio Arabica illa Haǵǵaǵi.

Ut ad scripta Sergii enumeranda transeamus, initium faciendum est ab eis chartis, quae ad theologiam pertinebant. Iuvenis enim videntur fuisse, qui acrius etiam in defendenda de una natura Christi doctrina fervesceret. Eam enim, nisi fallor, oratione de fide sc. Monophysitarum habita defendebat. Multo vero maius et praeclarius ad defendendam opinionem Monophysitarum opus condidit sectator Severi cum Dionysii Areopagitae, quae ferebantur, scripta, ut ad quae contra Chalcedonenses Monophysitae provocare solerent[162]), integra in sermonem Syriacum transferret et praefatione uberrima instructa ederet. Mira videtur auctoritas, frequentissimus

usus operis apud posteros fuisse, cuius et commentatores duo exstiterunt doctissimi Phocas Sergii filius et Theodorus Zarudii filius Edesseni origine et non minus quatuor codices manu scripti in bibliothecis Musei Brittanici et Vaticana latent. Saeculo etiam decimo quinto lectitabatur et transscribebatur, si recte de aetate cod. Mus. Brit. 629 Wrightius iudicavit.[163]) — Etiam de recensendis et illustrandis scripturis sacris Sergium meruisse inde, nisi fallor, elucet, quod Pseudo-Zachariam eum doctrinae Origenianae peritissimum fuisse praedicat. Quae si unquam fuere de studiis Origenianis chartae Sergii, eo fere tempore videantur scriptae esse, cum fervorem Monophysiticum paulatim deponeret et ad litteras profanas colendas se converteret. Languescentis et de doctrina, quam antea totis viribus defendit, dubitantis sunt epistolae quoque Sergii ad Severum datae. Eodem denique fere tempore Syriace versos putaverim libellos Isocratis, Plutarchi, Luciani, Themistii, qui toti versantur in praeceptis moralibus inculcandis. — Ad posteriorem vero et plane confirmatam aetatem scriptoris revocandi sunt mea quidem sententia omnes, qui de rebus philosophicis, medicis, physicis sunt, libri.

In philosophia unius Aristotelis Sergius institit vestigiis. Quamquam servatus non est nisi, Ἀριcτοτέλουc πρὸc Ἀλέξανδρον qui fertur, de mundo liber Syriace versus, qui certo ei vindicari possit. — Commentarii deinde a Sergio in categorias scripti exstant in cod. Berol. Sach. 36 fol. 83ª—104ᵇ. Circa simile argumentum versatur Sergii scholion de notione vocis cχῆμα, quod est in cod. mus. Brit. 988 fol. 79ᵇ—80ᵇ. Potissimum vero interpretis Resaïnensis de philosophia opus sunt commentarii illi logici, quos Ebedjesuus dicit. Septem minimum libros complexi erant et Theodoro cuidam dicati. Librorum II—VII fragmenta continet cod. mus. Brit. 1a—60b.

Ut in philosophia Aristotelem ita in arte medica Galenum auctorem Sergius videtur secutus esse. Nam Hippocrati quoque Syriace vertendo illum vacavisse, ea temeraria est Wenrichii[164]) coniectura, nullis testimoniis firmata: Galeni autem plurimos libros medicos a Sergio translatos esse testimonio Ibnabiozeibiae efficitur. Quae versiones adeo non mediocris artis esse videbantur Ḥonaino omnium illi medicorum Syrorum doctissimo, ut contra ipse melius Galenum vertere desperaret. Minime enim rem perspexit Ibnabiozeibia, qui versiones Sergii parum feliciter conditas Ḥonainum funditus correxisse putavit. Immo e loco Ibnabiozeibiae I pg. 188. apparet id Ḥonainum affectavisse, ut sedecim librorum Galeneorum, quos quasi pro fundamento scientiae medicae orientales habebant, integram editionem Syriacam conficeret. Sed omnium librorum denuo vertendorum laborem in se non suscepit. Eos tantum libros ipse interpretatus est, qui aut parum accurate aut omnino non iam Syriace versi erant. Veterum, quae ipsi perfectae absolutaeque viderentur, interpretationes sublatis librariorum vitiis in editionem suam

recepit. Ex earum autem versionum numero etiam Sergianae erant. — Recensionis ab Ḥonaino curatae, quantum equidem scio, nihil ad nostram usque aetatem duravit. — Exstant autem a Sergio translati de simplicium medicamentorum temperamentis et facultatibus libri VI—VIII in cod. mus. Brit. 14661, unde Merxius specimina quaedam in lucem edidit.[165]) Opus est, nisi omnia me fallunt, inter Sergiana unice nitidissimum. Praeterea artis medicae et librorum de alimentorum facultatibus a Sergio versorum parca fragmenta aetatem tulerunt. Minime enim vereor ad archiatrum Resaïnensem revocare reliquias, quae illuc pertinent, a Sachavio e cod. mus. Brit. 17156 editas.[166]) Tantus earum est cum libris de simpll. medd. a Sergio translatis in universa arte et ratione interpretandi consensus, tanta vocabulorum medicorum convenientia, tantus in delectu verborum, in compositione dictionum concentus. — Haec quidem de versionibus argumenti medici. Ab ipso Sergio novos de arte medica libros compositos esse non scimus nisi duos illos, quos canonibus Ahronis a Gosio (Gesio) Syriace versis adiecit.

In physicis disciplinis quatuor habuit auctores Galenum, Ptolemaeum, Vindanium Anatolium, Bardesanem. — Galeni librum περὶ κρισίμων ἡμερῶν se Syriace vertisse ipse affirmat I. S. pg. 101, 4 s. s. Ptolemaei μεγάλην σύνταξιν supra vidimus eum transtulisse, unde facta ab Ḥaǵǵaǵo versio Arabica exstat in cod. mus. Brit. 1034 (Warner. 680). Vindanium Anatolium in libris de re rustica expressit, de quibus infra accuratius disputabo. De Bardesane denique in astrologia potissimo Sergii auctore ingeniosam coniecturam Hoffmannus in transcursu fecit.[167]) — Deperditorum, qui in materia physica versabantur, librorum Sergii plurimorum sine dubio et, qui ad opiniones viri et cogitationes perspiciendas plurimum conferrent, damnum vix explent duae dissertationes, quas Sachavius e cod. mus. Brit. 14658 edidit[168]), de effectu lunae et de motu solis. Quarum ea, quae est de effectu lunae, quasi supplementum est versionis Galeneae περὶ κρισίμων ἡμερῶν, altera de motu solis fragmentum esse mihi videtur e copioso de astronomia libro excerptum. Physici denique argumenti erant, nisi fallor, etiam quaestiones Sergii illae ab Ebedjesuo commemoratae.

Sed satis in singula inquisitum est. Universum viri simulacrum informemus. Alexandriae, quo tunc undique artium et doctrinarum divitiae confluebant, litteris sacris et profanis imbutus, omnes, quotquot suae aetatis hominibus Syris scitu digni videbantur, locos scientiarum cognitos habebat et tractatos. De theologia, philosophia, medicina, astronomia, astrologia, cultura agrorum scripsit. Tam severo ingenio et subtili praeditus, ut ea, quae aequalium animos totos occuparent, frigide neglegere non posset, tam miti tamque humano, ut diu argutiis rabularum delectari nequiret, perdidicit qui-

dem quaestiones, quae ea aetate hominum mentes agitabant, de dogmatibus Christianis captuosas illas, sed mox ab eis se convertit ad diligentissima litterarum profanarum studia. Eorum viam ingressus sobriam et ieiunam rationem maxime et utilitatem duces adhibebat. Eos eruditionis Graecae locos popularibus patefacere studebat, qui aut ad mores castigandos aut ad usum vitae conferrent. Ingenii sui finibus morigeratus abstinuit a poësi, a philosophia contemplativa, a rerum gestarum narratione. Activas, ut sic dixerim, disciplinas plurimas inter populares aut primus condidit aut egregie excoluit. In scribendo clarus, concinnus, elegans operam dedit, ut patriam linguam quam nitidissimam exerceret et quam paucissimis Graecismis infuscatam. Verum ne sermonis quidem elegantiam anxie affectavit. Unam semper animo propositam habuit legem, ut nullis religionis scrupulis oppressus, nullis orationis vinculis constrictus Graecas disciplinas integras et meras ad intellegentiam Syrorum accomodaret. Circa quantulacunque substitit, tetendit ad summa. Caruerit divina illa, quam, uberrime beatis Graecorum ingeniis concessam, in principibus litterarum Syriacarum fere omnibus desideramus, inveniendi facilitate, concesserit etiam Iacobo Edesseno, Barhebraeo, aliis. In eis certe ducendus est, qui de servanda inter orientales eruditione et litterarum scientia unice meruerunt.

Dum inter vivos erat, cum primis suae aetatis hominibus Severo, Ephraemio, Iosua Stylita, Theodoro Mervensi, Agapeto, Iustiniano mutuo usu aut litterarum commercio iunctus, post mortem per decem saecula habuit, qui libros ipsius lectitarent, transscriberent, excerperent, interpretarentur, verterent, retractarent, admirarentur. Neque enim morte doctrina viri exstincta est. Fortasse iam vivo ipso Theodorus episcopus Mervensis, fide Nestorianus, cui praeter commentarios logicos librorum de mundo et de simplicibus medicamentis versiones dissertationemque de effectu lunae dicaverat, solutiones decem quaestionum Sergianarum scripsit.[169]) Per saecula sextum, septimum, octavum versiones Isocratis, Plutarchi, Luciani, Themistii legi, transscribi, excerpi, retractari non desitas esse postea demonstrabo. Mirum vero quantum refloruerunt studia Sergiana octavo et nono saeculis. Illa erat aetas, cum Phocas Sergii filius Edessenus versionem Dionysii Areopagitae copiosis commentariis illustraret, cum Moses Ḫālidi filius versiones Galeni a Sergio factas in linguam Arabicam transferret[170]), easdem castigatas et emendatas Honainus denuo ederet, cum Abraham Eṣṣaltus (إبراهيم الصّلت) in scriptis Galeni et Ptolemaei Syriace et Arabice vertendis ad exemplum Sergii se applicaret[171]), cum Ḳosṭa Lucae filius e libris, quos de re rustica Sergius scripserat, temporum malignitate iam tum, nisi fallor, pessime habitis novum et id quidem elegantissimum opus faceret, Haǵǵaǵum fortasse imitatus, qui Sergianam Ptolemaei versionem Arabice retractaverat[172]), cum

nomen Sergii in proverbium abiret tamquam accuratissimi et elegantissimi interpretis. — Fanaticis quidem vir ingenii liberalis et eruditi et pro illorum certe temporum ratione vere humani adeo erat exosus, ut, cum de fama scientiae nihil detrectare possent, vitam moresque teterrimo quoque crimine inquinarent. Sed neutrorum odio prohiberi potuit, ne aut Monophysitae tam gravem eum haberent, ut mortem eius in codice, qui totus in exponenda et defendenda doctrina ipsorum versaretur, copiose narrarent[173]), aut Nestoriani suae sectae eum vindicare conarentur.

2. De versione, quae dicitur, Geoponicorum Syriaca.

Geoponicorum sive de re rustica libri XX etc. denuo recensi et illustrati ab I. N. Niclas. Lipsiae 1781. Geoponicon in sermonem Syriacum versorum quae supersunt P. Lagardius edidit. Lipsiae (Londinii) 1860. De Geoponicon versione Syriaca. Programm der Louisenstädtischen Realschule zu Berlin 1855 (= Gesammelte Abhandlungen von Paul de Lagarde. Leipzig 1866 pg. 120 s. s.). Untersuchungen über die Quellen, den Verfasser und die Abfassungszeit der Geoponica von W. Gemoll. Berlin 1884. Oder in M. Rh. vol. XLV pg. 58, 202 s. s. XLVIII pg. 1 s. s. G. G. = Geoponica Graeca. G. S. = Geoponica Syriaca.

Omnium, quae cum nomine Sergii Resaïnensis cohaerent, longe gravissima ea est, quam supra attigi magis quam profligavi, quaestio de versione Syriaca „agriculturae Graecae". Plurimum enim confert ad progressus litterarum rusticarum Graecorum et incrementa penitus cognoscenda. Unde fit, ut paulo accuratius videatur in eam inquirendum esse.

In primis igitur positum sit id, quod disputatione iam effecisse mihi videor, cod. bibl. Lugd. Batav. Arabico 192 contineri versionem operis alicuius rustici Graeci conditam primum Syriace saeculo sexto ineunte a Sergio Resaïnensi, a Ḳosṭa Lucae filio saeculo nono Arabice retractatam. Quaerendum est primum, num quae supersint etiam exempli Syriaci reliquiae. De qua re ut suspicer, eo adducor maxime, quod ex cod. mus. Brit. 14662 saeculi octavi nonive Paulus de Lagarde versionem, quam dicebat, Geoponicorum Syriacam edidit initio et fine mutilam ita, ut, quod sit interpretis nomen, ignoretur. Itaque nunc nobis persequenda est ratio, quae intercedit Ḳosṭae duodecim libros inter et Geoponica Graeca et Syriaca. Quibus addo Palladium, cuius maximas partes esse in restituendo communi eclogarum Graecarum et versionis a Lagardio editae fonte iamdudum Gemollius vidit.

Universe sibi respondent:

Ḳosṭā lib. I cap. 6; G. G. I 7.
„ I 8; G. G. I 11 in summa re.

Kosṭā I 9; G. G. I 2.
„ I 10; G. G. I 3.
„ I 11; G. S. II 15; G. G. I 5 ita, ut multo plura habeat Arabs.
Kosṭā I 13; G. G. I 8.
„ I 14; G. G. I 10.
„ I 15; G. G. I 12.
„ I 17, ea, quae sub finem e Sotione afferuntur; G. G. I 13 § 2.
„ II 1; G. G. II 3.
„ II 2; G. G. II 7.
„ II 4; G. S. II 2; G. G. II 10; quaedam ex Pallad. I 5 ita, ut multo pauciora habeat Arabs quam Graecus et Syrus.
Kosṭā III 2; G. S. II 14; quaedam ex G. G. II 14; Pallad. XI 1 in.
„ III 3; quaedam ex G. S. II 5; G. G. II 16 ita, ut paulo plura habeat Arabs.
Kosṭā III 4; G. S. II 4; G. G. II 12 et 13.
„ III 6; G. S. II 29 et 28.
„ III 9; G. G. II 35 et quaedam ex G. S. II 9; quaedam ex Pallad. XII 1.
Kosṭā III 10; G. S. II 8; G. G. II 36; quaedam ex Pallad. IV 4.
„ III 11; G. S. II 7; G. G. II 37.
„ III 12; G. S. II 11 et 12; G. G. II 39 et 40.
„ III 13; G. G. II 25, ita, ut et plura habeat Arabs et aliam sequatur rerum dispositionem atque Graecus.
Kosṭā III 14; G. S. II 21; G. G. II 26.
„ III 15; G. S. II 19 ita, ut multo luculentius de eadem re Arabs doceat.
Kosṭā III 16; G. S. II 23 prior pars; G. G. II 27 § 1, 2.
„ III 18; G. S. II 23 posterior pars; G. G. II 27 § 3—10.
„ III 19; G. G. II 30 (in G. S. non nisi titulus capitis, quod respondebat, servatus est, ante titulum capitis II 27).
Kosṭā III 23; G. G. II 31.
„ III 25; G. S. II 25; G. G. II 33 § 1, 2 et 4.
„ IV 1; G. S. V 1; G. G. V 1 ita, ut permulta aliter habeant apud Arabem atque apud Graecum et Syrum.
Kosṭā IV 2; G. S. V 2; G. G. V 6 § 1 et 2 ita, ut multo accuratius conveniat inter Arabem et Syrum, quam inter Arabem et Graecum.
Kosṭā IV 3; G. S. V 5; G. G. V 12.
„ IV 4; G. S. VI 17; G. G. V 10 ita, ut multa aliter habeant apud Arabem atque apud Graecum et Syrum.
Kosṭā IV 6; G. G. V 9; sub finem G. S. IX 9.
„ IV 7; G. S. IX 7; G. G. IV 8; Pallad. III 28.
„ IV 8; G. G. IV 3 ita, ut plura habeat Arabs.
„ IV 9; G. S. IX 6; G. G. IV 7; Pallad. XII 12 § 2.

Kosṭā IV 12; G. G. V 44; Pallad. III 24 § 1; IV 24 § 1.
„ IV 13; G. S. VI 11.
„ IV 14; G. S. VI 12 et 13; G. G. V 28 et 29; Pallad. X 18 ita, ut multa aliter habeant apud Arabem atque apud ceteros.
Kosṭā IV 15; G. S. VII 7 et G. G. V 48; Pallad. I 35 § 11.
„ IV 18; G. G. IV 1 in summa re.
„ IV 19; G. S. IX 1, 2, 3 in summa re et quaedam ex G. G. IV 12 et 13; Pallad. IV 1 § 3.
Kosṭā IV 20; G. S. VII 2; G. G. V 35; Pallad. XII 10.
„ IV 21; G. G. V 43.
„ IV 24; G. G. VI 2; quaedam ex Pallad. I 18.
„ IV 25 sub finem; G. G. V 45.
„ IV 27; G. G. V 46.
„ IV 30; G. S. VIII 3; G. G. VII 4; Pallad. XI 9.
„ IV 31; G. G. VI 12 ita, ut multo plura habeat Arabs.
„ IV 33; G. S. VIII 30; G. G. VI 14.
„ IV 34; G. G. VI 15 et 16.
„ IV 35; G. G. VII 5, 7, 10.
„ IV 39; G. G. VII 16; Pallad. I 35 § 12.
„ IV 43; G. S. VIII 11 et 12; G. G. VII 24; Pallad. I 35 § 6 „contra animalia“ et quae sequuntur.
Kosṭā IV 44; G. S. VIII 25; G. G. VII 17.
„ IV 45; G. S. VIII 29; G. G. VII 8.
„ IV 46; G. G. VII 9.
„ IV 47; G. G. VII 3 § 2.
„ IV 48; G. S. VIII 27 et 28; G. G. VII 21.
„ IV 53; G. G. VII 31.
„ IV 54; G. G. VII 33.
„ IV 56; G. G. VII 34.
„ IV 57; G. S. VIII 26; G. G. VIII 1 et multa e minoribus, quae sequuntur capitibus eclogarum Graecarum.
Kosṭā IV 58; G. S. VIII 32; G. G. VIII 25.
„ IV 59; G. G. VIII 27 ita, ut multo plura habeat Arabs.
„ IV 63; G. G. VIII 31 ita, ut plura habeat Arabs.
„ IV 65; G. S. VIII 35.
„ IV 66; G. S. VIII 34; G. G. VIII 35; Pallad. VIII 8 § 2.
„ IV 69; G. G. VIII 37 et 38.
„ IV 70; G. S. VIII 34b; G. G. VIII 39.
„ IV 71; G. S. VIII 38; G. G. VIII 40.
„ IV 72; G. G. VIII 41.
„ IV 73; G. G. V 52; quaedam e Pallad. XI 22.
„ V 1; G. S. X 1; G. G. XI 1 in summa re.
„ V 2; G. G. X 2 § 1—3 ita, ut multo plura habeat Arabs.
„ V 4; G. S. X 6; G. G. X 86 § 1 et 3.
„ V 6; G. S. X 5; G. G. X 85.
„ V 7; G. G. X 76.

Kosṭā V 10; G. S. X 7; G. G. X 78 ita, ut multa aliter habeant apud Syrum atque apud Arabem et Graecum.

Kosṭā V 12; G. S. XI 3 ita, ut multo plura habeat Arabs velut locum e Sotionis libris allatum.

Kosṭā V 15; G. G. X 87 § 1—5 ita, ut plura habeat Arabs.

„ V 20; G. S. X 17 prior pars; G. G. X 18 § 1—5; Pallad. XII 18.

Kosṭā V 21; G. G. X 20.

„ V 25; G. G. 71 ita, ut paulo plura habeat Arabs.

„ V 26; G. G. X 13.

„ V 27; G. G. X 17 ita, ut paulo plura habeat Arabs.

„ V 32; G. G. 22 § 1 et 2; Pallad. III 25 § 6 ita, ut multa alia quoque Arabs habeat.

Kosṭā V 33; G. G. X 24.

„ V 38; G. G. X 45; quaedam ex Pallad. IV 10 § 23 s. s.

„ V 39; G. G. X 46.

„ V 40; G. G. X 48; quaedam ex Pallad. X 30.

„ V 41; G. G. X 49;

„ V 43; G. G. X 53; Pallad. IV 10 § 36.

„ V 45; G. G. X 54.

„ V 46; quaedam ex G. S. IV 10 et G. G. X 56.

„ V 48; G. G. X 35 ita, ut etiam alia habeat Arabs.

„ V 49; G. G. X 30 ita, ut etiam alia habeat Arabs.

„ V 50; G. G. X 34 ita, ut etiam alia habeat Arabs.

„ V 52; G. S. IV 7; quaedam ex G. G. X 38.

„ V 53; G. G X 69 § 2—4; Pallad. III 25 § 28.

„ V 54; G. G. X 69 § 1 ita, ut plura habeat Arabs.

„ V 55; quaedam ex G. G. X 26 et 39.

„ V 56; G. S. IV 8; G. G. X 40 ita, ut plura habeat Arabs.

„ V 61; G. G. XI 7 ita, ut plura habeat Graecus.

„ V 64; quaedam ex G. S. X 10; quaedam ex G. G. X 57; 62 ita, ut plura habeat Arabs.

Kosṭā V 65; quaedam ex G. S. X 10; G. G. X 59.

„ V 66; G. G. X 58.

„ V 68; quaedam ex G. S. X 11; G. G. X 64; Pallad. II 15 § 14 s. s.

Kosṭā V 69; G. G. X 65.

„ V 70; G. S. X 14; G. G. X 63 § 1—3 ita, ut plura habeat Arabs.

Kosṭā V 73; G. G. XI 5 § 2 ita, ut multo plura habeat Arabs.

„ V 75; Pallad. XI 12 (de palmis).

„ V 76; G. G. X 7 in summa re.

„ V 80; G. G. V 53 ita, ut paulo plura habeat Graecus.

„ VI 1; G. G. IX 2 § 1, 2, 5 ita, ut paulo plura habeat Arabs.

Kosṭā VI 2; G. G. IX 4.

Kosṭā VI 3; G. G. IX 6 ita, ut paulo plura habeat Graecus.
" VI 4; G. G. IX 11 maximam partem.
" VI 5; G. G. IX 8.
" VI 6; G. G. IX 12 ita, ut plura habeat Arabs.
" VI 7; quaedam ex G. S. XI 11; quaedam ex G. G. IX 5 et 13.

Kosṭā VI 8; G. G. IX 17.
" VI 9; G. S. XI 10.
" VI 10; G. S. XI 13; G. G. IX 19 in summa re.
" VI 12; G. S. XI 22; G. G. IX 22; Pallad. XII 21.
" VI 13; G. S. XI 19; G. G. IX 23; Pallad. XII 20.
" VI 14; G. S. XI 18; G. G. IX 24 prolata praeterea ab Arabe altera olei turbidi medela.

Kosṭā VI 15; G. S. XI 20; G. G. IX 25 doctrina apud Arabem in breve contracta.

Kosṭā VI 17; G. G. IX 18.
" VII 1; G. S. XII 2; G. G. XII 3.
" VII 2; G. S. XII 5 ita, ut paulo plura habeat Syrus.
" VII 4; G. S. XII 6.
" VII 6; quaedam ex G. S. XII 7 et 8.
" VII 9; quaedam ex G. G. XII 13.
" VII 10; G. S. XII 14; G. G. XII, 15 ita, ut paulo plura habeant Arabs et Graecus quam Syrus.

Kosṭā VII 11; G. G. XII 17.
" VII 13; quaedam ex G. S. XII 13; G. G. XII 22.
" VII 15; G. S. XII 12 maximam partem.
" VII 20; caput Syriaci operis deperditum quod diserte respicitur G. S. II 11 (ed. Lagarde pg. 5, 28) et G. G. II 39 § 9.

Kosṭā VII 21; G. S. XII 19; G. G. XII 18 ita, ut plura habeant Graecus et Syrus quam Arabs.

Kosṭā VII 25; G. S. XII 17; G. G. XII 30.
" VII 27; G. G. XII 24 et 23 § 4 ita, ut alia etiam Arabs habeat plurima praesertim de anetho et portula.

Kosṭā VIII 1; G. S. XIII 27 in summa re.
" VIII 5; G. S. XIII 30.
" VIII 9; G. G. XVI 2 ita, ut paulo plura habeat Arabs.
" VIII 10; G. S. XIII 32—46 ita, ut alia apud Arabem, alia apud Syrum desint.

Kosṭā IX 3; G. S. XIII 51 in summa re.
" IX 7; G. S. XIII 56.
" X 6; G. S. XIII 58.
" X 7; quaedam ex G. G. XIV 7 § 11—16 ita, ut plura habeat Arabs.

Kosṭā X 13; G. S. XIII 62; G. G. XIV 22 ita, ut paulo plura habeat Arabs Syro, pauciora Graeco.

Ḳosṭā X 15; G. S. XIII 65; G. G. XX 2 et 4 ita, ut praeterea habeat Arabs quaedam e Sotionis libris sumpta.

Denique plurima ea, quae de insitionibus arborum exhibet Ḳosṭā capitibus V 21, 27, 33, 43, 51, 53, 55, 57, 60, 64, 67, 69, 70, 76, quamquam non verbis, rebus certe et praeceptis conveniunt cum Pallad. XIV (ad Pasiphilum de insitione) vss. 55—116, 119—142, 149—164.

Multum sane abest, ut in omnibus accurate Ḳosṭā aut cum recensione Graeca aut cum Syriaca, ne dicam cum Palladio conspiret. Immo paucissima pro rata parte capita sunt, de quibus ad verbum Ḳosṭam inter et Geoponica Graeca aut versionem Syriacam aut Palladium conveniat. Nihilo vero secius artissime eum cum illis cohaerere, si quis comparationem a nobis institutam oculis obierit, protinus, nisi fallor, concedet. Atque longe quidem maxima convenientia est inter Arabem et Syrum. Plurima pro rata parte inter eos capita conveniunt. Semper fere, ubi gravius inter se Geoponica Graeca et Syriaca discrepant, Ḳosṭā a partibus versionis Syriacae stat. Non pauca cum Syro communia habet, quae a Geoponicis Graecis aliena sint. Denique in universa dispositione argumenti multo magis Syri vestigiis insistit quam Graeci. Velut totam de plantatione et cura olearum disputationem (G. G. IX; G. S. XI 4—23; Ḳosṭā VI) contra ordinem eclogarum Graecarum cum Syro ponit post cetera de colendis arboribus praecepta (G. G. X et XI; G. S. X; Ḳosṭā V). — Illud igitur, quamvis multa contra aliquis proferat, vix poterit refutari libros XII Ḳosṭae et Geoponica, quae dicuntur, Syriaca propinqua quadam cognatione inter se contineri.

Quam antequam accuratius definiamus, paucis dicendum est de universa operis a Lagardio editi indole atque natura. Facile enim mea quidem sententia probari potest codice a Lagardio adhibito non tam integram libri alicuius Graeci versionem contineri quam fragmenta illius versionis e codice iniquitate temporis pessime habito ab homine admodum indocto excerpta. Ducem etiam in hac parte disputationis Gemollium habeo, qui primus de memoria versionis Syriacae iustissimos scrupulos movit.[174]) Quamquam ea, quae homo doctus inde collegit, probare non possum. — Sed rem gravissimam liceat argumentis prolatis confirmare. Primum antiqui librorum fines in cod. mus. Brit. 14662 foedissime videntur esse deleti. Eam enim, si quis vel Geoponica Syriaca vel ea tantum perlegerit, quae in libello „de geoponicon versione Syriaca“ scripto[175]) de singulorum capitum argumentis Lagardius indicavit, et contulerit cum libris Ḳosṭae, concedet antiquam fuisse Geoponicorum Syriacorum dispositionem, ut ageretur libro I de rebus caelestibus, quarum scientia agricolae necessaria esset, II de frumentorum et leguminum cultura, III de officiis rusticis, quibus quoque mense satisfaciendum esset, deinde de vitibus plantandis libro V, colendis VI, sanandis et tuendis VII, de cura

vini et aceti libro VIII, de uvarum cura et duratione IX, de cultura horti X, oliveti XI, olerum et florum XII, de cura animalium et de quibusdam horti culturae paradoxis XIII, de pice denique et melle XIV. Patet igitur antiquitus pertinuisse capita, quae numerantur in codice Londinensi, II 15, III 14, 15 ad librum primum, VI 1, 2, 3, IX 1, 2 ad librum quintum IX 14—18, XI 1—3 ad librum decimum. Deinde in singulis quoque libris quaedam capita iustos et antiquos locos non tenuerunt, velut II 17, quod initio libri, VI 15, quod ante VI 5, VI 17, quod statim post VI 2, VIII 35, quod ante VIII 32, VIII 41, quod certe ante ea capita, quibus de aceti compositione et cura praecipitur, ponendum est. Sed non solum perperam transposita sunt in codice Londinensi integra versionis Syriacae capita, verum etiam prorsus omissa. Caput libri II sextum in codice manu scripto omnino nullum est. Sub finem libri III desunt de operibus mensibus Novembri et Decembri convenientibus praecepta. G. S. II 11 (ed. Lagarde pg. 5, 28), id quod iam monui, respicitur caput de plantatione capparis, cuius ne verbum quidem continet codex Syriacus Londinensis, argumentum Arabice expressum Ḳosṭā servavit. Eodem referenda sunt ea exempla, ubi sub eodem numero duorum capitum tituli compositi sunt, e quibus alterum non habetur in codice velut II 27[176]), VI 13[177]), XIII 31.[178]) Denique circa capita XIII 55, 56, 57, 65, 66 quam maxime lacunosum esse contextum expositionis, nemo, nisi omnia me fallunt, sit, quin videat. — Etiam illud non raro fit, ut singula capita manifesto ex pluribus conflata sint, quae propria quondam et inter se distincta exstiterant, velut II 5, 24, 27, VI 7, X 9, 10, 11, 19, VIII 34, IX 12, XII 12, XIII 53. Contra semel factum est, ut unum caput antiquum in quatuor nova divelleretur. Neque enim dubitari debet, quin antiquitus unum de mense Ianuario caput constiterit ex eis, quae in codice Londinensi leguntur per capita III 1—4 distributa. — Sed sat multis indiciis videor mihi prolatam opinionem firmavisse. Nemo in codice Londinensi octavi nonive illo saeculi non poterit agnoscere miseram sarturisque foedam epitomam recentioris monachi, qui opus aliquod antiquitatis clarissimum iniuria temporum disiectum et confusum pro virili parte reficere studuerit.

Licet igitur statuamus ea, quae Ḳosṭā aut solus praebet aut cum Geoponicis Graecis vel Palladio communia, exstitisse antea in pleniore illo opere Syriaco, cuius epitomam codex Lagardii continet. Illis autem locis, quibus universa de re convenit cum Syro Arabs, singulis discrepat, vel propterea veri simile est in codice Londinensi epitomatoris manum agnoscendam esse, quod omnes fere ad ea capita versionis Syriacae pertinent, ubi multum de ubertate antiqui operis detractum esse certis indiciis efficitur. Quae cum ita sint, ultro se offert coniectura fragmenta Londinensia excerpta esse ex illis Sergii de re rustica libris, quos Ḳosṭam Arabice vertisse probavimus. Plurimos etiam, si accuratius spectamus, numeros probabilitatis habet.

Tanta enim procul dubio illa, quae inter Syrum scriptorem et Ḳosṭam intercedit, necessitudo est, ut ad idem exemplum Graecum versiones Syriaca, cuius reliquias Lagardius edidit, et Arabica referri debeant. Atqui putemus eundem librum Graecum, quem Sergius transtulisset, post clarissimum interpretem denuo Syriace redditum esse, unde fragmenta Londinensia excerpta sint? Nam ne versionem, ex qua epitoma Londinensis facta est, ante Sergianam conditam esse suspicemur, temporum ratio obstat. Graecum enim exemplum, unde utraque fluxisse putanda erat, primus adhibuisse videtur Palladius. Palladii autem, qui, ubi illud sequitur, simpliciter „Graecos" laudare solet, temporibus manifesto ea novissima erat Graecorum de re rustica praeceptorum collectio. Atqui Palladium inter et Sergium vix centum annorum spatium intercedit.[179]) Eundem vero librum Graecum intra triginta lustrorum fere spatium bis Syriace versum esse quis est, qui sibi persuadeat? — Plane ad certum res redigitur, si mente consideramus ex altera parte fragmenta Londinensia plane artem sermonemque versionum Sergianarum fronte gerere, ex altera versionem Ḳosṭae Arabicam etiam scripturae mendis cum illis convenire. De sermone et arte versionis Syriacae non est, quod post curas Sprengeri[180]) fusius dicam. Commentationem iuvenis diligentissime conscriptam siquis comparaverit cum eis, quae ego postea de genere scribendi rationeque vertendi Sergianis dicam, procul dubio manum archiatri Resaïnensis etiam in epitoma Londinensi agnoscet. Ex adverso summi momenti id mihi videtur esse, quod in nominibus Apulei et Democriti exprimendis eadem prorsus ratione in epitoma Syriaca et a Ḳosṭa peccatum est. Utrique Δημόκριτος est Democrates, Ἀπουλήϊος Apollonius.[181]) Rem eo maioris ponderis esse iudico, quod non tam ad scribendi neglegentiam referenda esse videtur, quae eadem forte librariorum Syri et Arabis esse poterat, quam ad immutationem nominum ab ipso Sergio consulto factam. Nam nisi omnia me fallunt Sergius scripturam exempli, quod ipsi propositum erat, Graeci depravatam esse arbitratus nominibus scriptorum, quos, cum parum cognitos haberet, omnino nullos esse putabat, substituit nomina auctorum Graecorum, quorum multa erat apud populares ipsius auctoritas. Unde enim putemus Syris vulgo notos fuisse Democritum Abderitam aut Apuleium Medaurensem[182])? Contra Apollonium certe cognitum habebant Tyanensem aeque Syri[183]) atque Arabes[184]), cuius sententias quasdam Syriace versas Gottheilius edidit.[185]) Democrates autem est in numero philosophorum illorum maximam partem novorum Pythagoricorum, quorum sententiae circa extremam litterarum antiquarum aetatem homines admirabantur. Atqui vitam Secundi[186]), sententias Sexti[187]), eas, quae ferebantur Pythagorae[188]) et Theanus[189]), sententias in patrium sermonem translatas Syri lectitabant. Adeo difficile sit ad credendum etiam sententias Democratis Syriace versas exstitisse, indeque factum esse, ut Democratem et Democritum Sergius confunderet[190])? — Sed

summam disputationis complectar: Librorum de re rustica a Sergio Eliae filio Resaïnensi Syriace versorum servatae sunt altera ex parte epitoma Syriaca Londinensis ab incerto auctore saeculo fere octavo[191]) facta, ex altera versio Arabica Kosṭae filii Lucae. Ex his quantum fieri potest, exemplum Graecum, quod Syro propositum erat, reficiendum est adhibitis praeterea Geoponicis Graecis et libris Palladii, qui plurima eidem fonti debent.

Iam vero oritur quaestio, quam consulto adhuc distuli, gravissima. — Cuiusnam erant praecepta illa de agricultura, quae Sergius e lingua Graeca in Syriacam transtulit? — Vindanii Anatolii Berytii eclogas Georgicas, quas Photius bibl. cod. 163 laudat, Gemollius pro fonte Geoponicorum et Graecorum et Syriacorum habet.[192]) Ego nisi opinionem hominis docti quam maxime comprobare non possum. Per se, inquit, consentaneum est Geoponica Graeca et Syriaca redire ad opus de re rustica Graecum, quod saeculis inde a sexto fere usque ad decimum pro optimo et perfectissimo habebatur. Eas vero fuisse eclogas Anatolii testimonio Photii efficitur. Conclusioni, quae inde fieri debet, eo plures numeri probabilitatis adduntur, quod Geoponica Graeca certe maximam partem ab Anatolio pendere manifestum est et exploratum. Haec quidem Gemollius profert argumenta. Pauca mihi liceat addere, quibus demonstretur, etiamsi de Geoponicorum Graecorum fontibus parum liqueret, nisi pro versione eclogarum Anatolii opus a Sergio Syriace conditum haberi non posse. Proficiscendum est a nominibus scriptorum rei rusticae Graecorum, quae in exemplari Sergio proposito laudata fuisse ex versione Kosṭae et epitoma Londinensi colligi potest. Laudati erant praeter Herodotum[193]), Homerum[194]), Iulianum[195]), Chaldaeum fortasse[196]), Plutarchum[197]), Pythagoram[198]), Vergilium[199]), qui huc omnino non pertinent, quod aut non Graece aut omnino non separatim de re rustica scripserunt, Pseudo-Aristoteles[200]), Africanus[201]), Apuleius[202]), Pseudo-Democritus[203]), Sotion.[204]) De his igitur, cum auctorem Sergii requirimus, cogitari prorsus non potest. Neque vero magis in censum veniunt ii scriptores rei rusticae Graeci, qui, cum Africano aut Apuleio aetate superiores essent, eos laudare nullo modo potuerunt, Cassius Dionysius[205]), Diophanes[206]), Florentinus[207]), Pamphilus, sive Aristarchi sectator intelligitur sive grammaticus saeculo p. Ch. n. primo exeunte clarus[208]), Paxamus[209]), Quintilii fratres consules anni p. Ch. n. 151 (154)[210]), Tarantinus.[211]) Supersunt scriptores, quos in manibus Sergii fuisse putaverit aliquis, quinque Leo (sive Leontius)[212]), Valens, siqui unquam fuit[213]), Anatolius, Didymus[214]), Cassianus denique Bassus scholasticus, quem diversum esse ab eo, qui Constantini Porphyrogenneti aetate eclogas, quae aetatem tulerunt, Georgicas contexuerit, mihi quidem persuasit Oderus.[215]) Ex his Valens quidem et Leo (Leontius) tantam inter Graecos auctoritatem nunquam sunt assecuti, ut veri simile sit

alterutrius librum etiam Syriacc versum esse. Didymum a Sergio expressum non esse facile potest demonstrari. Didymum enim praeter Anatolium praestantissimum esse Geoponicorum Graecorum auctorem comprobavit Oderus.[216] Atqui ex omnibus, qui aut diserte e Didymi libro afferuntur aut Didymo commendabili coniectura vindicari possunt, locis eclogarum Graecarum ne unus quidem in epitoma Londinensi aut in versione Arabica Ḳosṭae reperitur. Quin etiam reliquiae interpretationis Sergianae circa singula ab eo libro Geoponicorum maxime discrepant, cuius praecipuus auctor Didymus exstitisse videtur, decimo scilicet, qui est de cultura arborum.[217]) Cassianus Bassus denique aut Sergii est aequalis aut adeo aetate eo inferior. Nam ante saeculum sextum Cassianum floruisse ne Odero quidem videtur veri simile. Accedit, quod, si Cassiani opus, quod totum fere est in eclogis Constantino Porphyrogenneto dicatis, a Sergio versum esset, consentaneum erat multo etiam accuratius versionis Sergianae reliquias cum eclogis illis convenire. Sed, ut ea argumenta missa faciam, Didymum et Anatolium non aequalis ille Constantini Porphyrogenneti sed manifesto iam Cassianus Bassus ipse contexuit. Atqui a Didymea doctrina opus a Sergio expressum vidimus quam maxime alienum fuisse. Ergo Cassiani Bassi fuisse non potest. — Ita certissima, etiamsi solos fontes Arabicum et Syriacum spectamus, ratiocinatione eo adducimur, ut a Sergio versas esse statuamus eclogas rusticas Vindanii Anatolii Berytii, quarum circuitum, indolem, consilium, praestantiam Photius indicat. Personam, dignitatem, aetatem viri non curo. Quae de hoc loco adprime eo lubrico alii aliam in partem disputaverunt, ad certum rem fortasse nunquam redigent. Scripta vero Anatoliana ex Geoponicis Graecis, epitoma Syriaca, Ḳosṭa, Palladio facili negotio refici possunt.

Ac primum quidem quaerendum est versionis Syriacae, quae quin admodum ad verbum facta fuerit, pro universa vertendi ratione Sergiana non dubito, integrae fideliorem imaginem exhibeat epitoma Londinensis an versic Arabica. — Ilico aliquis Ḳosṭae causam, ut ita dicam, adiudicet, ut qui rerum dispositionem sequatur clariorem commodioremque multo quam epitoma Syriaca et librorum numero cum ipso Anatolio conveniat. At quantum adfertur prima specie coniecturae probabilitatis, tantum detrahitur, si accuratius spectamus. Neque enim librorum dispositio, quae est in epitoma Londinensi, nisi ab ipso Sergio potest profecta esse et Ḳosṭā ut in universum opus Sergianum summa cum licentia tractavit, ita rerum librorumque dispositionem quam maxime immutavit. — Primum de fide Ḳosṭae dicam. Iam supra monitum est eum non solum Persicorum nominum mentionem ab exemplo sibi proposito alienam passim inseruisse sed etiam non pauca luculentiora addidisse de sui caeli conditione a conditione Graeciae diversa. Quam late ea addendi licentia pateat, iam exemplis paucis

demonstrabo. Non raro experientiam, quam sibi ipse comparaverit, interpres Arabs praedicat velut I 7, IV 3, 4, 22, VI 2, IX 6, aut certe opinionibus auctorum, quas apud Sergium laudatos inveniebat, suum arbitrium consiliumque opponit velut IV 3, 4. Atque IV 2 adeo asserit se primum esse, qui vitium plantationem per autumnales menses fieri iubeat. Gravissimi porro momenti sunt loci V 9:

قال قسطوس (cd. ms. فسطوس) اوان زرع الفول فى بلادنا
من عشرين يوما

„Dixit Ḳosṭā: Tempus fabarum serendarum est in nostris regionibus inde a die vicesima — —“

et VII 29

قال قسطوس (cd. ms. فسطوس) اوان زرع هذه الأصناف فى
بلادنا فى شهر نيسان

„Dixit Ḳosṭā: Tempus istarum specierum serendarum est in nostris regionibus mense Nīsān — —“

Quos si quis attentius perpensaverit, suspicio nascitur omnia, quae in versione Arabica de temporibus singulorum officiorum rusticorum proferuntur, nisi aut Graecus auctor laudatur aut cum Geoponicis Graecis vel Palladio vel epitoma Syriaca praecepta Ḳosṭae conspirant, non a Sergio petita sed ab ipso Arabe ad normam soli aërisque Mesopotamiae excogitata esse. — Sed non solum de suo multum Sergiano operi adspersit Ḳosṭā, immo orientalium quoque auctorum libros in scribendo adhibuit. Rem ita habere elucet e locis V 17:

وممّا حفظنا عن (cd. ms. فى; corrigebam Socino auctore secun-
dum locos V 21, 75.) رجل من علمائنا يسمّى سادهمش

„Ex eis est, quae accepimus ab uno ex hominibus doctis nostris nomine Sādhmš.“

et V 21:

قال قسطوس (cd. ms. فسطوس) وممّا حفظنا عن بعض علمائنا

„Dixit Ḳosṭā: Ex eis est quae accepimus a quodam homine docto nostrae gentis — —“[218])

Ut addidit multa ita etiam omisit locos exemplaris sibi propositi non paucos aut in angustum coëgit. Id vel inde apparet, quod in epitoma Syriaca multa capita sunt, quibus nihil in versione Arabica respondeat, epitomatorem autem de suo integra capita fragmentis Sergianis inseruisse quam minime est veri simile.

Sub finem autem libri sui VIII Ḳosṭā ipse sat claris verbis significat, quae in exemplo Syriaco de cura mulorum et onagrorum notata erant, ea consulto a se praeteriri. Denique singulorum librorum circuitus in versione Arabica minime constat. Libri IV et V ceteros mirum in modum magnitudine superant. Atque V quidem, qui est de cultura arborum, amplificatum esse ab Arabe facile cognoscitur, cum in hoc libro maxime orientales, de quibus modo monui, auctores videatur adhibuisse. In librum IV vero, cum ab Anatolio vitium culturam singulari luculentia expositam esse tam ex Geoponicis Graecis quam ex epitoma Syriaca cognosci possit, nemo non videt complures libros Sergii coartatos esse. Quam licenter Ḳosṭā opus Sergianum constituerit, porro libri eius XI et XII demonstrant, ubi composuit praecepta maximam partem medica, quae, ubi proferret, pro universa, quam mente sibi effinxerat, dispositione argumenti non haberet. Contra diarium rusticum, quod et Anatolius et Sergius proprio libro complexus erat, omisit vel potius, quae ibi composita erant praecepta, per ceteros libros distribuit.[219]) — Ex adverso merito a Gemollio et Odero in dubium vocatum esse, librorum quae est in codice Londinensi dispositio num antiqua esset et genuina, non possum concedere. Ut omittam, quae Gemollius protulit, argumenta nulla esse[220]), illa librorum dispositio ab eo, qui epitomam Londinensem condidit, omnino non potest profecta esse. Quodsi ille novam constituisset, singulis libris ea, quae cum cuiusque universo, quod mente statuerat, argumento conveniebant, capita tribuisset. Atqui contra vidimus pugnare non raro ordinem capitum, qui est in epitoma Londinensi, cum dispositione librorum. Capitum vero ordo antiquus esse non potest, quod non solum cum dispositione sed etiam cum ratione ipsa et natura rei saepissime pugnat. Neque igitur fieri potest, quin ordinem capitum neglegenter et ex parte perperam constitutum ei, qui Sergianum opus in angustum coëgit, librorum dispositionem ipsi Sergio vindicemus. Efficitur universum Sergianae versionis simulacrum multo clarius et accuratius ex epitoma Londinensi quam ex Arabico opere Ḳosṭae percipi.

Nunc vero nova difficultas oriri videtur inde, quod quatuordecim libri sunt epitomae Londinensis, eclogas autem Anatolii in duodecim libros dispertitas fuisse testimonio Photii scitum est. Quae tolli non potest nisa ita, ut statuamus aut integros libros XIII et XIV sive ab ipso Sergio sive ab eo, qui epitomam Londinensem condidit, additos esse aut constitutam a Sergio plane novam rerum dispositionem et ab ordine eclogarum Anatolii diversam. Atqui ne integros libros XIII et XIV Sergio abiudicemus, scribendi docendique ratio obstat, quae eadem est per omnes quatuordecim libros. Accedit, ut ne illi quidem libri neglegentiis vitiisque careant, quae, dum Sergii opus in angustum cogeretur, subrepsisse vidimus. Carere autem necesse erat, si ab epito-

matore non ex opere Sergii excerpti essent sed novi adiecti. Sergium vero ipsum universam eclogarum dispositionem in vertendo delevisse, iis credendum relinquam, si qui forte illius interpretis fidem artemque parum cognitam habuerunt. Contra eam rationem, ut libris Graecis a se Syriace editis, supplementa adiceret ex alio Graeco fonte hausta vel nova a se composita, Sergius etiam in Ahrone et Galeno ingressus est. Ahronis canones a Gosio (Gesio) translatos cum ederet, novos adiecit libros XXXI et XXXII. Galeni librum περὶ κριςίμων ἡμερῶν a se Syriace versum supplevit addita de effectu lunae dissertatione. Itaque eo adducor, ut mihi persuadeam ad versionem eclogarum Anatolii non pertinere nisi libros operis Sergiani inde a primo usque ad decimum alterum, libros XIII et XIV a Sergio additos esse, ut suo opere etiam quosdam rei rusticae locos ab Anatolio in eclogis silentio praetermissos illustraret. — Quam coniecturam non tam audacter proferrem, nisi ipsi libri, de quibus agitur, perquam olerent additamentum, quod neque cum libris duodecim prioribus cohaeret neque ipsum simplex est et, ut sic dixerim, in se conclusum.

Primum ne id quidem dignum videtur, quod silentio transeamus, vel ambitus librorum adprime suspectos esse. Cum enim singulorum librorum ambitus in epitoma Londinensi idem fere sit usque ad decimum alterum, liber XIII duorum, quod solet esse, librorum spatium explet, XIV multo est solito tenuior. Rem non ad excerpendi rationem ab epitomatore institutam sed ad ipsam dispositionem antiqui operis revocandam esse inde elucet, quod in libro XIII non minus pro ratâ parte quam in singulis libris prioribus ab epitomatore praetermissum esse et ipsa res et collata versio Ḳosṭae docent, librum autem XIV antiquitus brevissimum fuisse ex argumenti significatione, quae in prooemio libro praemisso inest, cognoscitur. — Iam utrumque librum paulo accuratius perlustremus. Primum de libro XIII dicam. Cuius duae sunt partes admodum inter se impares. Altera, quae est a capite primo usque ad sextum et sexagesimum, praecepta continet de generatione, educatione, medicina animalium, quae, quamvis multa interiisse vel primus aspectus doceat, unum et simplex consilium, diligentem rerum dispositionem, aequabilem singulorum expositionem adeo denudant, ut unius de generatione et medicina animalium voluminis fragmenta nemo non agnoscat.[221]) Proprios rei rusticae usus haec capita fere non respiciunt. Longe plurima ad medicinam veterinariam spectant. Singulari autem cura et ubertate de generatione animalium disputatur. Altera pars, quae est a capite sexagesimo septimo usque ad quartum et septuagesimum, continet octo de cultura pomorum paradoxa. — Titulus capitis primi est ܠܠܕܒܘܪ̈ܝܬܐ „ad apes", sexagesimi septimi ܠܠܐܝܠܢ̈ܐ „ad plantas". Qui recte habere non possunt. Neque enim, ut de eo prius dicam, capite sexagesimo septimo universe de

plantis agitur, sed docetur, quomodo efficiendum sit, ut duracina scripta nascantur. Videtur igitur titulus servatus ad universam alteram libri partem spectare, proprius, qui quondam fuerat, capitis septimi et sexagesimi titulus interiisse. Simile aliquid in titulo capitis primi accidisse facile demonstrari potest. Omnes enim praeter duos, de quibus disputamus, capitum tituli fiunt per ܡܛܠ „de". Alterum, qui per ܠܘܬ „ad" fit, non unius capitis titulum esse vidimus sed propriae totius operis partis. Consentaneum est rem aeque in altero habere. Itaque suspicor initio libri XIII post voculam ܠܘܬ „ad" excidisse ܚܝ̈ܘܬܐ ܡܛܠ „animalia. De", ita ut primae partis libri titulus antea fuerit ܠܘܬ ܚܝ̈ܘܬܐ „ad animalia", propria capitis primi inscriptio ܡܛܠ ܕܒܘܪ̈ܐ „de apibus". — Iam unde factum esse putemus, ut in illis solis omnium titulis Sergius praepositione ܠܘܬ „ad" uteretur? Nisi omnia me fallunt, id erat in causa, quod praepositio, quae iungi solet cum verbis addendi, iustum locum habere videbatur in titulis supplementorum. En duo supplementa propriis titulis distincta, quae neque inter se neque cum prioribus cohaereant! Nam ne de pomis quidem illa paradoxa ex eclogis Anatolii possunt sumpta esse. Ut enim omittam parum patere, si inde fluxissent, qua ratione Sergius adduci potuerit, ut octo brevia praecepta alia aliunde congesta hic poneret, supremum illud est argumentum aliam ab Anatolio in eclogis G. S. X 20 aliam capite XIII 67 epitomae Londinensis poma scripta faciendi rationem praecipi. — Transeo ad librum XIV. Eius propriam esse praefationem iam attigi. Vel id sat magni momenti erat, ut librum tam ab eclogis Anatolii quam a libro XIII Syriaco secerneremus. Accedit, quod is, qui illum de melle et pice libellum composuit, exemplum Graecum capitibus XIII 1—63 Syriacis expressum adhibuit. Nam ad verbum fere conveniunt G. S. XIV 1 et G. S. XIII 3 (G. G. XV 7). — Ultimum denique argumentum, quo demonstretur libros Syriacos XIII et XIV ex eclogis Anatolii non fluxisse in ea ratione positum est, quae intercedit inter eclogas Anatolii et Palladium. Palladium opus Anatolianum adhibuisse exploratum est. Atqui Palladii cum libris extremis Syriacis concentus tantum non nullus est. Quae vero inter Palladium et libros XIII et XIV epitomae Londinensis conveniunt, ea Palladium ab Anatolio mutuatum esse prorsus nequit probari, cum possit ex Latinis scriptoribus Varrone, Plinio, Columella sumpsisse.[222]) Itaque non unum et simplex erat illud, quod Sergius condidit, de re rustica opus, sed constabat e quatuor partibus inter se diversis, nimirum e versione eclogarum Anatolii (G. S. I—XII), epitoma operis, quod ad medicinam veterinariam spectabat, περὶ ζωῶν γενέσεως καὶ ἰατρείας (G. S. XIII 1—66), paradoxis de cultura pomorum (G. S. XIII 67—74), libello denique de melle et pice (G. S. XIV). — Ex his praeter primam

altera et quarta sine controversia e Graecis exemplis translatae sunt. Mira enim est earum convenientia cum Geoponicis Graecis atque etiam accuratior quam librorum I—XII. Tertia unde hausta sit non ausim suspicari.

Sed tam libellus de melle et pice quam paradoxa illa parum refert unde fluxerint. Illud autem sine dubio operae pretium est inquirere, quod exemplum Graecum in parte altera expressum sit. Atque ea quidem, quae est inter eam et Geoponica Graeca necessitudo, ad fontem Sergii indagandum nihil iuvat. Neque enim fontes Geoponicorum certo novimus nisi libros Anatolii et Didymi. Anatolium vero a Sergio ex Didymo suppletum esse neque veri simile est neque potest explorari, cum, quae Geoponicorum partes ad Didymum redeant, parum liqueat. Maximi autem momenti est, quae inter Hippiatrica et G. S. XIII 1—66 intercedit, ratio. Respondent sibi:

G. S. XIII 27; Hippiatr. ed. Grynaeus pg. 55 ἐπιλεκτέον — διαβεβαιοῦν (Ἀνατολίου).

G. S. XIII 28 ed. Lagarde pg. 106, 5 s. (G. G. XVI 1 § 3); Hippiatr. ibid. pg. 55 καιρὸν — θερινῶν (Ἀνατολίου).

G. S. XIII 28 ibid. pg. 106, 6—16; Hippiatr. ibid. pg. 55 τὴν θηλείαν —56 πρὸς τὴν ὀχείαν γίγνονται (Ἀνατολίου).

G. S. XIII 28 ibid. pg. 106, 19 s. s.; Hippiatr. ibid. pg. 56 ἐὰν δὲ ἅπαξ — ἐγκύμονα εἶναι (Ἀνατολίου).

G. S. XIII 29 ibid. pg. 107, 3 s. s.; Hippiatr. ibid. pg. 59 τεκούσας — χελιδόνας αὐτῶν (Ἀνατολίου).

G. S. XIII 30 (G. G. XVI 1 § 12—16); Hippiatr. cod. Paris. cap. 1065 (apud Millerum pg. 133 s.) usque ad verba τὰ σώματα αὐτῶν (Ἀνατολίου).

G. S. XIII 30 (G. G. XVI 1 § 12—16); Hippiatr. ed. Grynaeus pg. 226 βούλομαί σε εἰδέναι — τὸν λοιπὸν χρόνον (Ἀψύρτου).

G. S. XIII 31 ed. Lagarde pg. 107, 27—30 (G. G. XVI 21 § 1 et 2); Hippiatr. ibid. pg. 57 ὄνους — ἡμεροῦσι (Ἀνατολίου).

G. S. XIII 31 ibid. pg. 108, 1—5 (G. G. XVI 21 § 5 et 6); Hippiatr. ibid. pg. 57 κάλλιον — ἀνατροφῆς (Ἀνατολίου).

G. S. XIII 31 ibid. pg. 108, 6—11 (G. G. XVI 21 § 7—9); Hippiatr. ibid. pg. 57 ἔστω δὲ — τὸ τικτόμενον ἔσται Ἀνατολίου).

G. S. XIII 32 (G. G. XVI 3 § 1—5); Hippiatr. cod. Paris. cap. 1066 (apud Millerum pg. 134), quod Anatolii esse videtur cum auctor nullus laudetur, eius autem, quod antecedit, capitis auctor Anatolius exstiterit.

G. S. XIII 32 ed. Lagarde pg. 108, 18—20 (G. G. XVI 3 § 4 inde a verbo μελανθίου); Hippiatr. ed. Grynaeus pg. 300 μελάνθειον — δίδου (Ἀψύρτου).

G. S. XIII 33 (G. G. XVI 4); Hippiatr. ibid. pg. 7 ἐπιγνώσῃ — διηθητέντα (Ἀνατολίου).

G. S. XIII 34 (G. G. XVI 5); Hippiatr. ibid. pg. 47 ἐὰν ὀφθαλμὸς — ἐνάλειφε (Ἀψύρτου).

G. S. XIII 38 ed. Lagarde pg. 109, 25—110, 1 (G. G. XVI 9 § 1 et 2); Hippiatr. ibid. pg. 149 ἵππον στροφούμενον — ἐγχυμάτιζε (Ἀνατολίου).

G. S. XIII 40 (G. G. XVI 10); Hippiatr. ibid. pg. 29 ὠφέλιμον δὲ — κατὰ φύσιν ᾖ (Ἀψύρτου).

G. S. XIII 41 ed. Lagarde 110, 16 s. s. (G. G. XVI 11 § 1 et 2 usque ad verba τὸ ἴσον); Hippiatr. cod. Paris. cap. 469 (apud Millerum pg. 74) (Ἀνατολίου).

G. S. XIII 42 (G. G. XVI 16); Hippiatr. ed. Grynaeus pg. 192 πᾶσαν φλεγμονὴν — θεραπεύσεις (Ἀνατολίου).

G. S. XIII 43; Hippiatr. lat. vert. Ruellius fol. 86ᵛ: „Id unum nobis praesens videtur remedium oleum in fauces instillare." (Anatolii. Haustis hirudinibus).

G. S. XIII 44 ed. Lagarde pg. 110, 26—111, 1 (G. G. XVI 20 § 1); Hippiatr. ed. Grynaeus pg. 217 τὸ πεπληγμένον — ὠφελήσει (Ἀνατολίου).

G. S. XIII 46 (G. G. XVI 14); Hippiatr. ibid. p. 144 ἐρεγμῷ — ἐγχυμάτισον (Ἀνατολίου).

Singularis profecto est Sergii cum Hippiatricis convenientia et tanta, ut audacter contendi possit ex eodem fonte et in Hippiatrica Graeca plurima manavisse et libri XIII partem priorem a Sergio Syriace versam esse. Atque cum duobus quidem auctoribus Hippiatricorum convenit Sergius Apsyrto et Anatolio. Aut igitur Apsyrtum, qui Anatolium, aut Anatolium, qui Apsyrtum adhibuerit, putemus necesse est a Sergio libro XIII expressum. Dubitari diu non potest. Apsyrtum et Sergium inter non nisi universe de rebus quibusdam et medicinis convenit. Anatolii, quae ex Hippiatricis afferebam, fragmenta in epitoma Londinensi ad verbum fere et passim maiore etiam fide quam in Geoponicis Graecis expressa sunt. Ex ingente fragmentorum Apsyrti, quae Hippiatricis continentur, copia paucissima pro rata parte sunt, quae cum Sergio componi potuerunt. Quin etiam de eadem re saepius alia Sergii in epitoma Londinensi, alia in Hippiatricis sunt Apsyrti praecepta. Anatolii, quae in Hippiatricis insunt, reliquiae omnes fere Syriace versae obviam sunt. Pugnat certe nunquam cum fragmentis Anatolii liber XIII Syriacus. Accedit denique argumentum ex ratione temporum ductum, quo demonstratur Anatolium ab Apsyrto non posse adhibitum esse. Apsyrtum inter omnes constat aequalem fuisse Constantini Magni.[223]) Anatolium vero, quemcunque intelligimus, nemo negaverit Constantini temporibus inferiorem fuisse. — Ne longus fiam, certo efficitur Anatolio Hippiatricorum auctori, non Apsyrto vindicandum esse opus a Sergio in supplendis eclogis Vindanii Anatolii adhibitum.

Sed re vera duosne putemus Anatolios fuisse alterum rei rusticae, alterum medicinae veterinariae scriptorem, an Fabricio[224]), Niclasio[225]), Baumstarkio[226]), Baehrio[227]), Nicolaio[228]), Gemollio[229])

concedamus, qui eundem affirmant Anatolium Geoponicorum et Hippiatricorum auctorem exstitisse? Quae praesto sunt ad causam iudicandam argumenta, proponam. Vindanius Anatolius Berytius omnium, qui universa de re rustica praecepta condiderunt, unus in eclogis suis curam animalium, quae agricolae usui sunt, docere praetermisit. Proprium de animalium generatione et medicina Anatolii cuiusdam opus fuisse fragmenta Sergii et Hippiatrica inter se collata evincunt. Utrumque, qui sub nomine Anatolii ferebatur, librum et Sergius Resaïnensis et Cassianus Bassus adhibuit. Iidem denique in utroque libro auctores adhibiti vel laudati erant.[230]) Quibus consideratis facere non possum, quin propterea a Vindanio Anatolio Berytio in eclogis rusticis animalium curam prorsus praetermissam putem, quod priusquam eclogas contexendas susciperet, proprio volumine de generatione et medicina animalium copiose scripserat, illo scilicet, cuius fragmenta obviam sunt in Hippiatricis et in libris Geoponicorum Graecorum XIV—XX, epitomae Syriacae XIII, versionis Arabicae VIII—X.

Duo igitur bene internoscenda sunt scripta Vindanii Anatolii, eclogarum rusticarum libri XII, quorum rationem universam et indolem adumbrat Photius, fragmenta plurima continent Geoponica Graeca et Latine versa libri Palladii, versionem denique Syriacam Sergius condidit, ex qua maximam partem fluxerunt Ḳosṭae libri I—VI, XI, XII, et opus illud, quod maxime in medicina veterinaria docenda versabatur.

In reficiendis eclogis longe primum locum tenent epitomae Syriacae libri II—XII. Inde totius dispositionis lineamenta cognosci possunt. Ibi quae leguntur, ea, nisi quoque loco demonstrari poterit ab epitomatore doctrinam Sergii in angustum coactam esse, protinus in fragmentis eclogarum ponenda sunt. Multo cautius versione Arabica utendum est, quoniam vidimus, qua licentia Ḳosṭā exemplum sibi propositum constituerit. Absolute simpliciterque ad eclogas Anatolii e libris I—VII, XI, XII versionis Arabicae referri non licet nisi ea, quae aut cum Geoponicis Graecis, epitoma Syriaca, Palladio conveniunt aut, ne a Ḳosṭa iuspersa esse videantur, auctores Graeci laudati obstant vel universus orationis contextus. Ceteroqui summopere cavendum est, ne subrepant, quae Ḳosṭā sive experientia doctus sive secutus orientales auctores nova inseruerit. Denique ad eclogas Anatolii ea quoque revocanda sunt, quae inter Geoponica Graeca et Palladium conveniunt, nisi doctrinam Palladii ex Latinis fontibus manavisse certis indiciis comprobatum erit. — Ad libros de generatione et medicina animalium integra revocari debent epitomae Syriacae capita XIII 1—66, nisi forte epitomatoris manus agnoscenda fuerit, deinde, si quae convenerunt inter libros Geoponicorum Graecorum XIV—XX et versionis Arabicae VIII—X, denique omnia, quae inter Geoponica Graeca vel Ḳosṭam et Hippiatrica conveniunt, cuiuscunque scriptoris in Hippiatricis feruntur. Consentaneum enim

est permulta et ad Anatolium e scriptis medicorum, qui aetate ipso erant superiores, pervenisse per Apsyrtum, quem Vindanii auctorem fuisse fragmentorum ipsius et Sergii concentus probat, et e volumine Anatolii a recentioribus medicinae veterinariae scriptoribus esse petita. Inde fit, ut, quae in Hippiatricis Hippocrati, Pelagonio, Hierocli tribuuntur, facile possint etiam in libro Anatolii exstitisse. Quin ea, quae in Hippiatricis ex Magone, Diophane, Africano afferuntur, vel per se veri simile est illuc ex Anatolio pervenisse, cuius de medicina veterinaria doctrinam magnam partem illis deberi certo demonstrari potest.

Neque enim solum in restituendis ipsius Anatolii scriptis summus est epitomae Londinensis versionisque Arabicae usus, sed etiam ad auctores viri cognoscendos Sergianae versionis reliquiae conferunt plurimum. — Incipiam a dispiciendis eis auctoribus, qui in libro de generatione et medicina animalium praeter Apsyrtum videntur adhibiti esse. Diserte laudata, quantum e fragmentis Sergiani operis colligi potest, non erant nisi scripta de re rustica Democriti[231]) et Sotionis.[232]) Democriti Abderitae, quae apud veteres ferebantur de agricultura et medicina, scripta χειρόκμητα[233]), περὶ συμπαθειῶν καὶ ἀντιπαθειῶν[234]), περὶ γεωργίης ἢ γεωργικόν[235]), ὑπομνήματα[236]) re vera Boli erant Mendesii, qui floruit Theophrasti inter aetatem, quem laudat[237]), et Varronis, qui primus Democriteam de re rustica doctrinam respicit[238]), Callimachi fere, si verum Oderus[239]) vidit, temporibus.[240]) Eius libros quis putet saeculo post Christum natum quarto integros superfuisse, quos iam Senecae aequalis Columella ipse non legerit, ut qui eosdem modo Democriti modo Boli esse scriberet, prout illos a singulis auctoribus suis laudatos inveniret? — Sotion qui sit intelligendus, parum liquet.[241]) In manibus Anatolii certe ne eius quidem liber erat. Ex fragmentis Sotionis enim in Geoponicis Graecis et versione Ḳosṭae servatis apparet praecepta viri non solum ad medicinam veterinariam sed ad universam rem rusticam spectavisse. Consentaneum igitur erat ea, si Anatolio cognita fuissent, etiam in eclogis adhiberi. Atqui inter eos, e quorum libris Anatolius eclogas suas confecerit, Photius Sotionem non numerat. Itaque Democriti et Sotionis nominibus laudatis parum iuvamur. — Eo maioris momenti est non pauca convenire libro Anatolii cum Romanis Varrone, Columella, Gargilio Martiali. Liceat eos, qui accurate sibi respondent, locos sub uno conspectu ponere:

G. S. XIII 1 ed. Lagarde 99, 15 s. (G. G. XV 2 § 15); Varro II 16 § 28 „praeterea — seditiones“.

G. S. XIII 4 (G. G. XVII 1); Varro II 5 § 12 „ante — concipere“.

G. S. XIII 7 ed. Lagarde 102, 27 s. (G. G. XVII 6 § 1); Varro II 5 § 13 „mas an femina — in sinisteriorem“.

G. S. XIII 9 ibid. 102, 29 s. (G. G. XVII 8 § 1); Varro II 2 § 19 „at maxime — lac“.

G. S. XIII 28 ibid. 106, 5 s. s. (G. G. XVI 1 § 3); Varro II 7 § 7 „initium — exsistunt".

G. S. XIII 31 ibid. 108, 2 s. s. (G. G. XVI 21 § 6); Varro II 8 § 2 „pullum — melius" „matri — equinam".

G. S. XIII 47 (G. G. XVIII 1 § 3); Varro II 2 § 3 s. „de forma — cauda lata et longa".

G. S. XIII 49 ed. Lagarde pg. 111, 29—112, 4 (G. G. XVIII 3 § 1 s.); Varro II 2 § 13 s. „arietes — saliri".

G. S. XIII 50 ibid. 112, 13 s. (G. G. XVIII 3 § 8); Varro II 2 § 15 „ad quos — conculcentur".

G. S. XIII 50 ibid. 112, 14 s. (G. G. XVIII 3 § 9); Varro II 2 § 17 „matres eorum — plures".

G. S. XIII 51 ibid. 112, 18 s. (G. G. XVIII 8 § 1); Varro II 11 § 6 „tonsurae — oves".

G. S. XIII 51 ibid. 112, 24 s. s. (G. G. XVIII 13 § 4); Varro II 2 § 8 „faciendum — corpore aegro".

G. S. XIII 53 ibid. pg. 113, 24 s. s. (G. G. XVIII 18 § 1); Varro II 3 § 6 „nec multa — ovilium".

G. S. XIII 58 ibid. 114, 21 s. (G. G. XIV 7 § 7 τινές — διδόαcιν); Varro III 9 § 21 „quidam ex triticeo — farciunt".

G. S. XIII 5 ibid. 102, 6 s. (G. G. XVII 3 § 2); Col. VI 21 § 1 „cetera quoque — non oportet" et 28 § 1 „marem — progenerare".

G. S. XIII 7 ibid. 102, 17 s. s. (G. G. XVII 6 § 1); Col. VI 24 § 3 „qui ubi — feminam".

G. S. XIII 7 ibid. 102, 20—23 (G. G. XVII 6 § 2); Col. VI 28 § 2 „quae sive — dextrum".

G. S. XIII 9 ibid. 102, 30—103, 2 (G. G. XVII 8 § 2); Col. VI 26 § 1 „nam ubi — castrantur".

G. S. XIII 9 ibid. 103, 2 s. s. (G. G. XVII 8 § 3); Col. VI 26 § 3 „verum vulnera — linienda sunt" et 26 § 4 „placet — linire".

G. S. XIII 17 ibid. 104, 7 s. (G. G. XVII 20 § 1 βοῦc πυρεταίνων — — — κάτω νεύει, δακρύει, λήμαc ἔχει); Col. VI, 9 § 2 „signa — oculi compressi".

G. S. XIII 17 ibid. 104, 11 s. (G. G. XVII 20 § 3 usque ad verba ἐν ὑπαίθρῳ); Col. VI 9 § 2 „aquam — debet".

G. S. XIII 32 ibid. 108, 12—15 (G. G. XVI 3 § 1 s.); Col. VI 30 § 1 „si sanis — ordeo ali".

G. S. XIII 51 ibid. 112, 24 s. s. (G. G. XVIII 8 § 2); Col. VII 4 § 7 „cum detonsa — ovis imbuitur".

G. S. XIII 53 ibid. 113, 13 s. (G. G. XVIII 17 § 2); Col. VII 5 § 19 „suspiriose — regiones".

G. S. XIII 53 ibid. 113, 15 s. (G. G. XVIII 17 § 4 usque ad verba παρὰ τὴν ἕδραν); Col. VII 5 § 19 „est etiam gravis — vena solvenda est".

G. S. XIII 11 (G. G. XVII 13 § 1); curae boum e corpore Gargilii Martialis § 15 „si iumentum — cornum".

G. S. XIII 43 (G. G. XVI 19, ubi premenda sunt verba τούτῳ δὲ χρήςῃ καὶ πρὸς βοῦν); curae boum § 12 „hirudinem — eicies".

Hac quoque collatione instituta se offert nobis, quae sub nomine Democriti prodebatur, doctrina Boli. Quae enim leguntur G. S. XII 7 (G. G. XVII 6 § 1 et 2), apud Varronem II 5 § 13 et Columellam VI 24 § 3; 28 § 2, ea ipse Columella VI 28 § 2 ad Democritum refert. Circumspiciendus igitur est fons aliquis, unde praeter alia praecepta doctrina Democrito falso tributa permanare potuerit et ad Varronem et ad Columellam et ad Gargilium Martialem et ad Anatolium. Ii vero nisi viginti libri esse nequeunt, quos Cassius Dionysius Uticensis e libris Magonis Punicis Graece versis et potissimorum, qui ante ipsum de agrorum cultura extiterant, scriptorum Graecorum voluminibus conflavit. Illis quantum Varro, qui quater diserte Cassium laudat, debeat, facile sentiet, si quis attente legerit, quam prae reliquis, quos enumerat, rei rusticae scriptoribus Magonem, Cassium, Diophanem denique, qui Cassii Dionysii libros XX ad sex redegit, laudibus efferat. Eosdem cum passim adhibuit Columella, tum praecipue in libro VI, cuius maximus est cum Anatolio concentus, se secutum esse significat.[242]) Gargilius vero Martialis si non integros Dionysii libros, certe epitomam Diophanis adhibuit, quam laudat.[243]) Democriteam autem a Cassio Dionysio doctrinae Magonis admixtam esse tam loco Columellae X 4 § 16[244]) quam eo patet, quod Democritum Diophanes videtur laudare G. G. X 29 § 4 s. Medicinae veterinariae denique copiosam fuisse in opere Cassiano expositionem ut Varro significat[245]), ita Mago et Diophanes in Hippiatricis laudati[246]) probant. — Sed ne Dionysium quidem ipsum putaverim in manibus Anatolii fuisse. Neque enim veri simile est per plus trecentos annos, postquam Diophanis epitoma, cuius commoditatem iam Varro praedicat[247]), condita est, libros Cassii Dionysii duravisse neque inter auctores eclogarum Cassium Photius ponit, quamquam dubitari non debet, quin opus de re rustica longe princeps Anatolius, si cognitum habuisset, etiam multo frequentius in eclogis rusticis quam in volumine maximam partem medico adhibiturus fuerit. Accedit, ut, cum neutrum ipse legerit, perquam sit veri simile Anatolium ex eodem fonte Bolum et Sotionem cognitum habuisse. Sotionem vero pro ratione temporum Cassius Dionysius adhibuisse non poterat.[248]) — Atqui Anatolium videmus Democriti, quae ferebantur, scripta per duos auctores cognita habuisse, quibus Sotion aetate superior fuisse putari potest, Sextum Iulium Africanum et Apuleium. Ex alterutro doctrina Boli, Magonis, Dionysii ad Anatolium usque pervenit. — Apuleium medium inter Dionysium et Anatolium intercessisse ne putemus, gravissimae difficultates obstant. Primum nisi ex Plinio Apuleium libros Boli cognitos habuisse demonstrari non potest.[249]) Anatolii vero de generatione et medicina animalium librum inter et Varronem, Columellam, Gargilium Martialem conveniunt etiam, quae a Plinio prorsus aliena

sunt. Accedit ut perquam dubium sit, num de medicina veterinaria Apuleius praecepta scripserit. Auctoris gravissimi, quique saepissime a recentioribus adhibetur, bis verba afferuntur, quae sanitatem animalium domesticorum respiciunt.[250] Ea sumpta esse possunt ex „medicinalibus" Apulei, quae Priscianus laudat.[251] Quae vero ex Georgicis Apulei in Geoponicis Graecis[252], versione Ḳosṭae, libris Palladii[253] afferuntur, omnia ad culturam plantarum spectant. Quibuscum optime convenit Apulei a Servio ad Vergilium[254] laudari librum „de arboribus". Denique „de genitu, victu, particulis, differentia" animalium studuit quidem Apuleius et scripsit. Sed scripta eius, quae in hoc loco illustrando versabantur, quantum ex eis colligi potest, quae de hac parte studiorum suorum ipse significat[255], plurimum abest, ut ad medicinam veterinariam pertinuerint. — Contra multa sunt argumenta, quibus probari possit praecepta Dionysii Anatolio ex cestis Africani cognita fuisse. Primum superstitiosum mirabiliumque cupidum Africanum fuisse nemo negabit, si attente cestorum, quae ad rem rusticam et ad medicam artem spectant, fragmenta perlegerit. Perquam igitur cum ingenio viri convenit eum, quam potuit, saepissime superstitiosam et paradoxam, quam sub nomine antiqui Democriti Bolus collegerat, sapientiam compilavisse. Maximo deinde usui Africanus scriptori medicinae veterinariae esse poterat. Latissime enim apud eum patuisse de tuenda et restituenda sanitate animalium praecepta cestorum capita, quae aetatem tulerunt, non pauca indicant.[256] Illud quoque in deliciis habuisse Africanum, ut permulta de singulorum animalium generatione proferret mirabilia magnam parte, ne dicam prodigiosa, ex eis colligi potest, quae Psellus servavit.[257] Atqui circa eundem locum vidimus singulare Anatolii quoque studium fuisse. Denique si cui parum istis argumentis effecisse visus ero, illud addam supremum. Quae de admissura boum Anatolius Democritum secutus prodit[258], ea ad verbum cum Africano conveniunt.[259] Neque tamen Africanus ipsa, quae Democriti ferebantur, scripta videtur lectitavisse sed, id quod de Anatolio probatum est, per Dionysium cognita habuisse. Quamquam Dionysii ipsius libros in manibus eius fuisse non ausim affirmare. Singularis autem ratio intercedit inter Africanum et Diophanem. Africani enim „paradoxa" laudantur in argumento libri I Geoponicorum Graecorum. Contra „paradoxa" libris suis de re rustica Diophanem inscripsisse Photius auctor est. Optime Oderus[260] difficultatem, quae inde videtur oriri, quod libros Africani de rebus physicis, rusticis, medicis illos κεστοὺς appellatos esse inter omnes constat, ita sustulit, ut ei, quae de re rustica esset, cestorum parti παράδοξα γεωργίας inscriptum fuisse statueret. Titulum igitur a Diophane primo usurpatum arripuit Africanus. Id quod valde vereor ut facturus fuerit, nisi in rebus quoque et argumento a Diophane fuisset suspensus. Boli igitur et Magonis doctrinas a Cassio Dionysio contextas a Diophane Africanus, ab Africano Anatolius

accepit. Quod enim Oderus[261]) contendit Diophanem spreta superstitione Democritea illa tantum de re rustica praecepta tradidisse, quae ratione et experientia comprobarentur, ea perquam lubrica coniectura hominis docti est, quae in summa fragmentorum Diophanis penuria[262]) neque probari potest neque certo refutari. — Ut summam disputationis complectar, Anatolius in conscribendo de generatione et medicina animalium libro duos potissimum fontes compilavit Apsyrti de medicina veterinaria praecepta et cestos Sexti Iulii Africani.

Multo minus de auctoribus eclogarum ex epitoma Syriaca et versione Ḳosṭae efficitur. Illud tantum maxima cum specie probabilitatis affirmari potest Africanum, quem in priore libro potissimum auctorem praeter Apsyrtum habuisset, etiam in eclogis ab Anatolio magis compilatum esse, quam ex ieiuna auctorum enumeratione, quam Photius suppeditat, facile poterat colligi. Praeterea nova aliqua Sotionis fragmenta versio Arabica exhibet. Sed de illis disputare longum erat.

Neque enim ad libros Anatolii e fragmentis versionis Sergianae reficiendos et iudicandos nisi quaedam, ut sic dixerim, lineamenta inquisitionis proponere volebam. Ea singulis examinatis probari tunc tempus erit, cum parabitur integra fragmentorum Anatolii e Geoponicis Graecis, epitoma Syriaca, versione Ḳosṭae, libris Palladii congestorum editio. Parari autem eam editionem opus est, ne usque in illo litterarum antiquarum genere, in quo ut solidissimo fundamento scientiae adniti possimus, singulari ubertate memoriae fit, puerorum instar versemur, qui in tenebris errant.

3. De versionibus philosophici argumenti sine nomine interpretis servatis, quae Sergio videntur tribuendae esse.

A. S. pg. 134 s. s.; 167 s. s. I. S. pg. 1 s. s. G. Hoffmanni censura ineditorum Syriacorum Sachavii in Göttingische gelehrte Anzeigen unter der Aufsicht der Königl. Gesellschaft der Wissenschaften. 1871. Stück 31. Über den textkritischen Werth der Syrischen Übersetzungen Griechischer Klassiker von Victor Ryssel. Leipzig 1880. 1881. Gildemeister in Mus. Rhen. vol. XXVII. pg. 439 s. s. 591 s. s. Editiones Graecas adhibui Isocratis, Luciani, Themistii, Plutarchi eas, quas postea accuratius indicabo, Aristotelis iussu et auctoritate academiae regiae Borussicae ex recensione Immanuelis Bekkeri factam.

Intricatior etiam et difficilior ad diiudicandum quam de libris Vindanii Anatolii Berytii Syriace versis quaestio est de origine versionum Isocratis, Luciani, Themistii, Plutarchi Syriacarum, quae sine nomine interpretis servatae sunt. Omnibus enim

testimoniis destituti Sergio versiones tribuendas esse probare non possumus, nisi universo scribendi genere et arte interpretandi, quae in illis conspicua sunt, accuratius examinatis et cum versione libri de mundo, quae Sergiana sine controversia est, comparatis. Quam comparationem ne frustra videamur instituisse, opus est primum emendandis verbis illarum, quae inter se conferendae sunt, versionum operam navari. Primum igitur per singula quaedam mendorum genera, quae mihi in verbis Syriacis corrigenda esse videantur, exponam. Ne longus fiam omitto ea, quae in versione Aristotelis a Rysselio, in versionibus Aristotelis, Isocratis, Plutarchi iam ab editore Lagardio certissimo et segacissimo iudicio correcta sunt.

Incipiam a lenissimo genere mendorum. Illud procul dubio est, quod efficitur punctis diacriticis sive perperam positis sive prorsus omissis. In quo agnoscendo illuc saepissime res redit, ut inquirendum sit, quomodo quaeque verbi Graeci tempora modosve interpres imitari consueverit. Liceat igitur in erroribus eius generis corrigendis ad ea relegare, quae postea de temporibus modisque Graecis Syriace expressis copiosius dicam. Scribendum est igitur

Aristot. de mund. A. S. 136, 9 ܡܥ̇ܠܐ pro ܡ̣ܥܠܐ cum in exemplo Graeco sit participium praesentis[263]),

A. S. 148, 19 ܗ̈ܘܝܐ pro ܗܘ̣ܝܐ et 21 pro ܗܘܝܐ, cum optativus Graecus nunquam perfecto Syriaco reddatur[264]),

A. S. 155, 25 ܢܦ̣ܩ pro ܢܦܩ,

A. S. 155, 29 ܢܫܘܗ pro ܢܫܘܗ, cum utroque loco in exemplo Graeo cit aoristus[265]),

A. S. 158, 7 ܢܣ̣ܒ pro ܢܣܒ, quae emendatio vel, ut sententia salva sit, flagitatur,

A. S. 158, 16 ܙ̣ܪܐ pro ܙܪ̣ܐ, cum in exemplo Graeco sit participium praesentis,

Isocr. ad Demon. A. S. 169, 9 ܢܩ̣ܠ pro ܢܩܠ, cum in exemplo Graeco aoristus sit[266]),

A. S. 175, 6 ܦ̇ܣܩ pro ܦܣܩ, cum in exemplo Graeco praesens sit[267]),

Luc. de cal. I. S. 15, 1 ܗܘܐ ܡܫܟܚ pro ܗܘܐ ܡܫܟܚ,

I. S. 15, 4 ܗܘܐ ܡ̇ܠܐ pro ܗܘܐ ܡ̣ܠܐ, cum perfectum verbi ܗܘܐ cum perfecto iunctum non nisi plusquamperfecto Graeco respondeat[268]),

I. S. 15, 14 ܡܒܠܐ pro ܡܒܠܐ, cum in exemplo Graeco sit participium praesentis[269]),

Themist. de amic. I. S. 48, 13 ܡܩܒܠ pro ܡܩܒܠ, cum in exemplo Graeco aoristus sit[270]),

I. S. 51, 21 ܡܫܡܫ pro ܡܫܡܫ, cum in exemplo Graeco praesens sit[271]),

I. S. 53, 7 ܕܠܐ pro ܕܠܐ eandem ob causam,

I. S. 61, 15 ܬܗܘܪ pro ܬܗܘܪ, cum in exemplo Graeco sit perfectum praesens[272]).

I. S. 64, 23 ܐܙܠ pro ܐܙܠ, cum in exemplo Graeco praesens sit[273]),

Plut. de cohib. ir. A. S. 188, 8 ܝܗܒ pro ܝܗܒ, cum in exemplo Graeco participium aoristi sit[274]),

A. S. 189, 23 ܐܡܪ ܗܘܐ pro ܐܡܪ ܗܘܐ, cum perfectum verbi ܗܘܐ cum perfecto iunctum non nisi plusquamperfecto Graeco respondeat[275]),

A. S. 189, 26 ܗܘܐ pro ܗܘܐ, cum in exemplo Graeco praesens sit.[276])

Transeo ad enumerandos corrigendosque eos librariorum errores, qui facti sunt singulis litteris consonantibus intra unius vocabuli fines aut perperam omissis, additis, transpositis, aut cum similibus commutatis. Scribendum est

Aristot. de mund. A. S. 141, 24 ܡܣܝܘ ܕ ܚܝܠܐ pro ܡܣܝܘ ܚܝܠܐ[277]),

A. S. 141, 27 ܢܣܒܬܐ pro ܢܣܒܬ, cum enuntiatum relativum non applicatum sit ad masculinum ܢܘܡܐ sed ad femininum ܢܡܘܣܬܐ,

A. S. 146, 5 ܐܙܠ pro ܐܐܙܠ[278]),

A. S. 149, 24 ܐܬܬܣܝܡ pro ܬܬܣܝܡ, cum in exemplo Graeco perfectum sit[279]),

A. S. 150, 17 ܚܒܪ pro ܚܒܪ[280]),

A. S. 151, 11 s. ܬܠܡܝܬܗ ܘܪܫܡܬ pro ܘܪܫܡܬܗ ܬܠܡܝܬܗ[281]),

A. S. 152, 16 ܕܡܣܛܐ pro ܕܡܣܢܐ[282]),

A. S. 152, 20 ܕܡܘܟܟ pro ܡܘܟܟ,

A. S. 154, 18 ܕܡܠܬܘܣܝܣ pro ܡܠܬܘܣܝܣ,

A. S. 155, 13 ܘܣܡܡܐ pro ܣܡܡܐ,

A. S. 156, 30 ܒ ܢܦܫܗ pro ܒܢܦܫܗ,

A. S. 157, 4 ܒܪܘܣܗ vel ܒܪܐܘܣܗ pro ܒܐܪܘܣܗ,

Isocr. ad Dem. A. S. 168, 30 ܗܝ ܒܠܡܘܕܘܗܝ pro ܗܝܗܝ[283].

A. S. 169, 6 ܬܪ̈ܬܝܗܘܢ pro ܬܪ̈ܝܗܘܢ[284]),

A. S. 169, 14 ܡܫܡܫܝܢ ܐܬܐ pro ܡܫܡܫܝܢ ܘܐܬܐ[285]),

A. S. 169, 18 ܠܡܣܡܢܐ pro ܘܠܡܣܡܢܐ[286]),

A. S. 169, 20 ܬܬܕܒܪ pro ܬܕܒܪ[287]),

A. S. 169, 23 ܒܢ̈ܝܐ pro ܒܢ̈ܝܢܫܐ[288]),

A. S. 169, 28 ܠܒܢ̈ܝ pro ܐܒܢ̈ܝ[289]),

A. S. 170, 9 ܘܪ̇ܝ pro ܗܝܘ[290]),

A. S. 170, 17 et 25 ܪܗܛ pro ܗܪܛ[291]),

A. S. 171, 19 ܕܣܘܣܝܐ pro ܣܘܣܝܐ[292]),

A. S. 171, 26 ܐܝܟ ܕ pro ܕܐܝܟ[293]),

A. S. 173, 27 ܪܫܐ ܕ pro ܪ̈ܫ[294]),

A. S. 173, 28 ܠܒܢ̈ܝ pro ܠܒ̈ܪ[295]),

A. S. 173, 30 ܢܦܫ̈ pro ܠܦ̈ܫ[296]),

A. S. 174, 5 ܐܬܡܠܟ pro ܡܬܡܠܟ, cum in exemplo Graeco participium aoristi sit.[297])

A. S. 174, 14 ܡܫܡܫܝܢ pro ܡܫܡܫܝܢ[298]),

A. S. 175, 7 et 8 ܙܒܢܐ pro ܙܒܢܐ[299]),

A. S. 175, 10 ܬܬܕܡܪ pro ܬܕܒܪ[300]),

A. S. 175, 17 ܒܬܫܡܫܬܐ pro ܕܬܫܡܫܬܐ[301]),

A. S. 176, 2 ܡܒܢ̈ܝ pro ܡܒ̈ܢܝ[302]),

A. S. 176, 3 ܕܡܠܦܢ pro ܡܠܦܢ[303]),

A. S. 176, 5 ܕܪ̈ܓܠܗܘܢ pro ܪ̈ܓܠܗܘܢ[304]),

A. S. 176, 10 ܘܒܒܙܒܘܢ pro ܘܒܙܒܘܢ[305]),

A. S. 176, 11 ܕܒܢ̈ܝ pro ܒܢ̈ܝ,

A. S. 176, 12 ܒܒܠܥܐ pro ܒܒܥܠܐ[306]),

Luc. de cal. I. S. 3, 1 ܩ̈ܠܘܡܘܗܝ pro ܩ̈ܠܘܗܝ[307]),

I. S. 3, 9 ܐܬܝܕܥ pro ܐܬܝܕܥ, cum in exemplo Graeco aoristus sit[308]),

I. S. 4, 3 ܫܘܥܝܬܐ pro ܫܘܥܠܬܐ[309]),

I. S. 4, 17 ܕ ܒܗܘܬܐ pro ܕ ܒܒܠܐ[310]),

I. S. 7, 23 ܡܣܬܦܣ pro ܐܣܬܦܣ, cum in exemplo Graeco praesens sit[311]),

I. S. 10, 14 ܪܡܒ pro ܪܡܐ[312]),

I. S. 13, 12 ܘܙܗܝܗܘܢ pro ܘܙܗܝܢ[313]),

I. S. 16, 12 ܘܪ̈ܕܘܬܐ pro ܘܪ̈ܕܘܬܐ[314]),

Themist. de virt. 17, 20 ܐܣܝܐ pro ܐܗܘܐ,

I. S. 18, 2 ܕܦܢܝܬܐ pro ܘܦܢܝܬܐ[315]),

I. S. 19, 12 ܠܘ̈ܪܐ pro ܠܩ̈ܘܪܐ[316]),

I. S. 19, 15 ܒܩ̈ܛܠܐ pro ܒܢ̈ܛܠܐ[317]),

I. S. 19, 19 ܡܘܠܗܝܐ pro ܡܘܠܗܝܐ[318]),

I. S. 20, 11 ܢܦܘܩܘܗ pro ܢܦܣܩܘܗ[319]),

I. S. 20, 21 ܡܠܘܕܘܝ pro ܡܠܘܕܐܝ[320]),

I. S. 24, 10 ܠܗܘܢ ܠܠܫܢܬܐ pro ܠܗܘܢ ܐܫܢܬܐ, quod cum communi usu dicendi Syrorum vehementissime pugnat,

I. S. 25, 8 ܒܬ̈ܝܠܐ pro ܒܬ̈ܝܠܐ[321]),

I. S. 26, 1 ܡܙܐ ܐܠܐ pro ܡܙܐܠܠܐ[322]),

I. S. 30, 4 ܠܥܒܕܐ pro ܠܐ ܥܒܕܐ[323]),

I. S. 31, 18 ܘܒܠܚ̈ܝܢ pro ܘܒܠܚ̈ܝܢ[324]),

I. S. 32, 13 ܡܦܢܝܐ pro ܡܦܢܝܐ[325]),

I. S. 32, 17 ܚܪܝܢܬܐ pro ܚܪܝܢܘܬܐ[326]),

I. S. 32, 18 ܚܪܐ ܘܡܢܗ pro ܚܪܐ ܐܘܡܢܗ[327]),

I. S. 32, 20 ܡܥܠܝ pro ܡܥܠܠ[328]),

I. S. 35, 5 ܡܫܬܪܪܘܬܗ pro ܒܡܫܬܪܪܘܬܗ[329]),

I. S. 35, 20 ܒܥ pro ܒܥ[330]),

I. S. 36, 23 ܐܡܬܘܣ pro ܐܡܬܣܣܣ[331]),

I. S. 37, 20 ܒܗܢܘܬܐ pro ܒܒܗܢܘܬܐ[332]),

I. S. 38, 16 ܡܣܢܣ pro ܡܣܣܣ[333]),

I. S. 42, 14 ܒܢ̈ܝܐ pro ܒܢ̈ܝܐ[334]),

I. S. 42, 21 ܡܫܬܢܣ pro ܘܫܬܢܣ,

I. S. 42, 22 ܡܠܘܟܢ pro ܡܠܘܟܝ, quod neque cum ܥܡ ܒ̈ܢܝܐ apte coniungi potest neque quicquam novi aut exquisiti in se habet[335]),

I. S. 45, 8 ܒܥܡܠܐ pro ܒܪܢܫܐ[336]),

I. S. 46, 4 ܐܥܒܕܬ pro ܐܥܒܕܬ[337]),

I. S. 47, 10 ܒܡܠܐ pro ܒܒܡܠܐ[338]),

Themist. de amic. I. S. 48, 14 ܚܪܝܢܐ pro ܐܚܪܢܐ[339]),

I. S. 48, 14 ܐܒܪܬܗ pro ܐܚܪܢܬܗ[340]),

I. S. 50, 1 ܕܠܗ ܩܢܝܢ pro ܕܠܗܘܢ ܩܢܝܢ[341]),

I. S. 50, 3 ܕ̈ܟܡܐ pro ܐܬ̈ܠܡܐ[342]),

I. S. 51, 3 ܘܕܒܠܠ pro ܘܒܠܠ,

I. S. 51, 18 ܢܬܘܒܠܚܬܐ pro ܢܬܘܒܬܐ[343]),

I. S. 53, 16 ܢܕܟܪ̈ pro ܢܕܟܪ[344]),

I. S. 57, 6 ܠܗ ܠܗܘܘ pro ܠܗ ܕܗܘܘ[345]),

I. S. 59, 2 ܒܠܚܘܕ pro ܠܚܘܕ[346]),

I. S. 59, 9 ܐܢܬ pro ܕܐܢܬ, cum ea, qua ab ܐܠܐ incipit, sententia non ex participio ܚܙܐ suspensá sit, sed prima et proprii, ut ita dicam, iuris,

I. S. 59, 15 ܠܐ pro ܐܠܐ[347]),

I. S. 59, 25 ܢܬܚܫܒ pro ܢܬܚܫܘܦ[348]),

I. S. 63, 3 ܗܘ pro ܘܗܘ,

I. S. 63, 9 ܕܪ̈ܓܐ pro ܪ̈ܓܐ,

I. S. 63, 10 ܢܫܬܒܠ (Afʿel) pro ܢܫܬܒܘܠ[349]),

I. S. 63, 22 ܢܒܠܗܘܢ pro ܢܒܢܘܢ[350]),

Plut. de exerc. A. S. 178, 12 ܠܟܠ ܩܢ̈ܝܢܐ pro ܠܒ̈ܢܝܐ ܩܢܝܢܐ, quae dicendi ratio ab omnium, quas tractamus, versionum sermone abhorret.

A. S. 179, 10 ܕܡܢܩܣ pro ܕܡܪܩܣ,

A. S. 181, 26 ܘܦܣܩ pro ܦܣܩ,

A. S. 182, 8 ܒܒܢܬ ܕܚܝܐ pro ܒܢܬ ܕܚܝܐ[351]),

A. S. 182, 23 ܠܦܠܓ: ܢܦܫܐ pro ܡܦܠܓ: ܢܦܫ,

A. S. 185, 13 ܒܐܦܐ pro ܒܐܦ,

Plut. de cohib. ir. A. S. 191, 15 ܐܬܠܡ pro ܐܬܠ,

A. S. 193, 13 ܢ̈ܩܐ pro ܐܢ̈ܩܐ.[352])

Quibus subiungam eos librariorum errores, qui ad compluria verba pertinent. Scribendum est

Aristot. de mund. A. S. 148, 25 ܗܘܐ ܗܘܒܠܠ ܐܝܟ ܒܢܝܐ ܕܢܬܢܬܐ pro ܗܘܐ ܒܠܐ ܗܘܒܠܠ ܐܝܟ ܕܢܬܢܬܐ[353]),

A. S. 152, 10 ܐܣܝܪܬܐ ܘܡܘܟܪܬܐ pro ܐܣܝܪܬܐ ܘܐܣܝܪܬܐ, quod dittographia, quam dicunt, factum est,

A. S. 157, 16 ܐܬܐܡܪ ܠܐܦܘܣ pro ܐܡܪ ܬܐܦܘܣ, quod plane nihili est,

A. S. 158, 9 ܡܫܡܫܢܘܬܐ (sc. ܡܫܡܫܢܐ) ܗܘ ܕܝܢ ܕܟܠ ܗܘ ܕܫܡܫ pro ܗܘ ܕܝܢ ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ ܟܠ ܗܘ ܕܫܡܫ,

Isocr. ad Dem. A. S. 169, 2 ܒܬܪܝܗ ܡܟܝܢ pro ܒܬܪܝܗܘܢ[354]),

A. S. 169, 6 ܦܘܪܫܢܐ ܕܡܫܘܚܬܐ ܠܟܬܒܝܗܘܢ pro ܦܘܪܫܢܐ ܠܡܫܘܚܬܐ ܕܟܬܒܝܗܘܢ[355]),

A. S. 176, 4 ܐܬܐ ܕܝܢ ܡܛܐܠ pro ܡܛܐܠ ܕܐܬܐ[356]),

A. S. 176, 14 ܕܝܢ pro ܫܢ, quod perperam ex antecedentibus repetitum est[357]),

Luc. de cal. I. S. 2, 25 ܐܬܗܦܟܬ ܡܒܝܢܬܐ pro ܡܒܝܢܬܗ[358]),

I. S. 29, 8 ܡܢ ܠܒ ܡܠܗ pro ܡܢ ܠܒܪܡܠܗ[359]),

Themist. de virt. I. S. 23, 2 s. ܡܣܪܩܝܢ ܠܡܟܬܒ pro ܡܟܬܒ ܟܬܒܝܢ[360]),

Themist. de amic. I. S. 53, 11 ܕܐܪܣܛܛܠܣ ܐܠܐ ܐܝܟ pro ܕܐܪܣܛܛܠܝܣ ܠܐ.[361])

Restant denique lacunae quaedam explendae aut certe indicandae. Suppleri enim debet

Aristot. de mund. A. S. 151, 3 ܢܗܘܘܢ ante ܬܪܬܐ[362]),

A. S. 152, 27 ܕܟܠܗܝܢ post ܟܘܟܒܬܐ[363]),

A. S. 154, 16 ܕܗܘܢ post ܟܠܗܘܢ[364]),

Isocr. ad Dem. A. S. 171, 18 ܢܗܘܐ ante ܫܘܟܠܠܐ[365]),

A. S. 174, 9 ܕܠܡܠܟܐ ܡܫܬܝܢ vel simile aliquid post ܟܘ̈ܪܬܐ[366]),

A. S. 175, 8 ܟܡܫܘܚܬܐ post ܡܪܩ[367]),

A. S. 175, 28 ܟܠܠ ante ܕܚܣܝܪ[368]),

Luc. de cal. I. S. 2, 25 ܕܐܦܠܛܘܢ post ܡܛܠ ܕܠܗ[369]),

I. S. 13, 18 ܗܘܐ post ܐܠܘ, cum sententia conclusionis irrealis sit[370]),

Themist. de virt. I. S. 20, 5 ܕܐܘܪܚܐ, quod mente tantum suppleri voluit Hoffmannus l. l. pg. 1230, post ܒܐܘ̈ܪܚܗ, quo referatur pronomen suffixum, quod est in ܠܡܦܩܗ,

I. S. 25, 5 ܡܢܗ ante ܡܦܩܐ, ut iustum enuntiatum nominale efficiatur, in quo ex usu dicendi harum versionum pronomen tertiae personae copulae vices gerere possit[371]),

Themist. de amic. I. S. 52, 8 ܡܠܝܢ post ܒܚ̈ܫܐ, quo referendum est ܟܕ I. S. 52, 7,

I. S. 53, 25 ܕ inter ܒܠܒܗܘܢ et ܐܢܐ,

I. S. 65, 7 ܡܫܝܚܝ ܕܐܠܗܝ ante ܕܝܠܗ[372]),

I. S. 53, 24 ܐܠܗܘܢ post ܡܘܕܝܢܐ, ut iustum enuntiatum nominale efficiatur[373]),

I. S. 54, 10 ܠܐ ante ܦܥܡܐ[374]),

I. S. 55, 12 ܐܢܐ ܐܢܐ ante ܐܦܠܐ[375]),

I. S. 56, 16 ante ܟܠ ܐܬܪ̈ܘܗܝ versio Syriaca verborum καὶ τὸ πιέϲαι τοῦ θηρευομένου, quam antea exstitisse efficitur pronominibus suffixis, quae sunt in ܐܬܪ̈ܘܗܝ et ܒܟܠܗ̈[376]),

I. S. 61, 24 ܡܚܠܠ post ܕܠܐ[377]),

I. S. 61, 25 ܠܡܫܡܫܘ ܠܘܬ ܐܣܘܬܐ post ܕܡܘܢܐ, unde suspensum sit ܠܐܠܗܝ I. S. 52, 1, quod Sachavius, cum parum sentiret aliquid excidisse, temere in ܐܠܗܝ mutavit[378]),

Plut. de exerc. A. S. 188, 10 post ܐܟܘܬ conclusio comparationis, quae incipit ab ܐܝܟ A. S. 183, 6.

Hactenus de levioribus illis, quos calami solemus dicere, erroribus. Sed sunt etiam, in quibus interpolatorum manus agnoscamus, qui verba aut re vera corrupta aut ipsis parum perspecta emendare vel explicare conati sint:

Aristot. de mund. A. S. 139, 25 ܓܙܪ̈ܬܐ miserum interpretamentum est hominis prorsus indocti, qui Syrtes pro insulis haberet.

Isocr. ad Dem. A. S. 169, 17 sine controversia pro ܕܠܐ ܒܡܣܡܣ scribendum est ܕܓܢܣܐ[379]). Cuius vocabuli scriptura cum evanuisset, interpolator sententiam ei, quae antecederet, oppositam esse ratus ex ܕܒܡܣܡܣܐ sibi sumpsit illud ܕܠܐ ܒܡܣܡܣ, quod vel vocabuli peregrini forma auctori versionis prorsus inusitata suspectum reddit.

A. S. 170, 16 post ܠܐܠܗܘܬܐ ܕܝܠܟ excidit praeceptum ܠܐܠܗ̈ܐ ܝܩܪ. Quod primo in margine libri positum, mox falso loco in contextum orationis receptum est ita, ut A. S. 176, 5, ubi parentium mentio facta est, adderetur ܘܝܩܪ ܐܒܝ̈ܟ.

A. S. 174, 14 interpolator, qui iam invenit ܡܥܡܩ pro ܡܥܡܩ scriptum sententiam sanare sibi visus est, cum adderet ܡܩܪܒ ܠܗܘܢ vocabula ab exemplo Graeco prorsus aliena.

A. S. 175, 8 verba ܒܟܝ ܘܚܕܘܬܐ ܠܐ ܗܘܐ ܠܟܠܗܘܢ (lb. ms. ܕܟܠܐ) ܦܓܠܐ languidum interpretamentum sunt, quo id, quod universe scriptor Graecus contendit, proprie ad luctum et laetitiam refertur.

Luc. de cal. I. S. 11, 5 ܗܘܐ post ܢܚܡܘܢ, quod antiquum esse vel

ideo non potest, quod nunquam in eis, quas tractamus, versionibus perfectum verbi ܗܘܐ cum imperfecto iungitur, ab homine videtur additum esse, qui sententiam irrealem informandam esse putaret.

Themist. de amic. I. S. 53, 16 si scripserimus, id quod fieri prorsus debet, Hoffmanno auctore[380]) ܢܒܥ̈ pro ܢܒܥ̈, scribendum est etiam ܐܦܠܐ pro ܐܦ, quod interpolatori debetur, qui iam invenit illud ܢܒܥ̈.

I. S. 57, 1 ܡܢܗܐ ante ܦܘܠܓܐ glossema est ex sequentibus sumptum.[381])

Plut. de exerc. A. S. 179, 1 verba ܐܘ ܠܐܢܫܐ ܦܘܡܐ ܕܠܐ ܠܐ ܡܫܡܫܢܘܗܝ deleto ܕ pronomine relativo ante ܠܐ transponenda sunt post ܥܡܠܝ̈ܢ. Nam verba ܘܐܠܡ ܩ̈ܠܝܠܐ ܕܠܐ ܥܡܠܝ̈ܢ suspensa sunt a verbo ܥܕܡ A. S. 178, 30. Contra, ea quae transponenda esse puto, efficiunt novam interrogationem. Illud ܕ igitur interpolatoris est, qui verba forte omissa et in margine addita falso loco contextui orationis inseruit studuitque cum antecedentibus coniungere.

His fere, quae magis ad rem criticam spectant, praemissis lubet ad ipsam versionum comparationem accedere. Ac primum quidem de genere scribendi dicam. Neque vero longe lateque patentem locum prorsus absolvere in animo habeo, id quod nisi integro libello, ut non dicam libro, condito fieri vix potest, sed ea tantum capita paucis illustrare conabor, quae ad propinquam versionum affinitatem cognoscendam aliquid conferunt.

A prima, ut sic dixerim, supellectile sermonis incipiam, quae est in delectu verborum posita. Plurima in reliquis versionibus, de quibus disputatur, vocabula simplicia sunt et propria et usitata. Nihil fere inest translatorum. Paucissima inveniuntur, quae nova ficta sint[382]), multa autem prisca, exquisita, quaeque discedant a communi penu et consuetudine verborum[383]), neque tamen ullum, dum recte sentiam, obsoletum, durum, scabrum. Accuratius potissima tantum capita tractare lubet.

Ac primum quidem de vocabulis peregrinis dicendum est. Locus maximus est in scriptoribus Syris cum omnibus tum eis, qui ex alio sermone in Syriacum transferunt. Atqui sex illae, de quarum origine ambigitur versiones, aeque atque versio libri de mundo Sergiana singularem exhibent verborum externorum parsimoniam. Ne Graeca quidem adeo multa admissa sunt eademque in universum quidem per omnes versiones.[384]) Quae admissa sunt, maximam partem in versione bibliorum simplici vel apud antiquissimos scriptores Syros indigenas leguntur. — Multo etiam rarius quam Graeca alia vocabula peregrina obviam sunt. E lingua Latina ductum est unum ܦܠܠܐ Plut. de cohib. ir. A. S. 191, 16. Reliqua vocabula externa, quae inveniuntur, iam multo ante aetatem versionum istarum

in sermonem Syrorum irrepserant invetuerantque adeo, ut saeculis p. Ch. n. quinto sextove pro Syriacis haberi possent, scilicet artificis et artificii[385]) templique[386]) nomina assyriaca[387]) et vocabulum ܦܠܓܐ Persicum.[388])

Eadem prope atque verborum externorum parsimonia conspicua est in adhibendis duobus nominum generibus, quae posteriores Syri adprime in deliciis habent, adiectivis relativis in ājā et substantivis abstractis in ūθā desinentibus. Atque adiectiva quidem relativa illa magis etiam vitantur in eis, de quorum auctore ambigitur quam in versione libri de mundo, in qua obviam sunt haec ܐܪܥܝܐ A. S. 148, 5; ܐܒܣܘܣܝܐ 157, 11; ܐܠܗܝܐ 137, 14 et passim; ܐܢܫܝܐ 156, 5; ܐܬܪܝܐ 157, 6; ܓܘܝܐ 146, 19; ܓܪܒܝܝܐ 142, 27; 143, 9, 10; ܡܕܢܚܝܐ 142, 27 et passim; ܒܝܢܝܐ 154, 16; ܠܓܘܝܐ 141, 23; ܡܪܝܢܝܐ 147, 14; ܫܡܝܝܐ 137, 14; 151, 27; ܢܡܘܣܝܐ 156, 16; ܢܦܫܝܐ 142, 26; ܣܡܠܝܐ 143, 3, 9; ܥܢܢܝܐ 142, 25; ܡܥܪܒܝܐ 142, 28 et passim; ܡܦܪܫܝܐ 142, 18; ܝܡܝܐ 143, 2, 6; ܦܘܪܝܐ 157, 9; ܬܝܡܢܝܐ 142, 29; 143, 13, 14, 15. In reliquis enim versionibus exempla non inveni nisi sex ܐܒܣܘܣܝܐ Luc. de cal. I. S. 10, 10; ܐܪܙܝܐ Isocr. ad Dem. A. S. 173, 22; ܢܘܟܪܝܐ ibid. 172, 28, 29; 174, 2, 6; Themist. de virt. I. S. 30, 24; 44, 17; ܚܪܘܣܝܐ ibid. 31, 9; ܡܕܝܢܝܐ Plut. de exerc. 184, 12; ܦܫܝܛܝܐ Themist. de virt. I. S. 33, 21. — Paulo certe latius patet usus substantivorum in ūθā desinentium. Sed ut omittam eadem fere eius formae exempla in omnibus, quae ad nos pertinent, versionibus inveniri, cum posteriores Syri a quovis nomine substantivum abstractum eius generis ducant, in istis versionibus usus certis finibus circumscribi videtur. Solent ibi effici nomina abstracta in ūθā desinentia non nisi ex nominibus formarum simplicium, maxime فَعْل, فَعُول et فَعِيل. Rarissime pro rata parte fit, ut etiam ex participiis coniugationum derivatarum vel nominibus, quae dicuntur, agentium vel vocabulis Graecis, nunquam, ut ex adiectivis, de quibus modo monui, relativis efficiantur. Ceterum lubet observare eas quoque leges paulo minus diligenter servari in versione libri de mundo, ubi est etiam ܣܘܣܟܠܘܬܐ A. S. 149, 17.

Iisdem deinde finibus per omnes, quas comparamus, versiones continetur usus coniugationum antiquarum Šafʿel et Safʿel stirpiumque quatuor vel plurimum litterarum radicalium. Coniugationes Šafʿel et Eštafʿel nominumque formae inde ductae admittuntur circa stirpes ܟܘܪ Themist. de amic. I. S. 53, 25; 55, 9; Plut. de exerc. A. S. 181, 6; ܫܟܠ Arist. de mund. A. S. 137, 27, 29; 138, 6, 7, 8; 147, 5, 24, 25; 152, 16, 22; 153, 5; 154, 13; 155, 19; 156, 5, 16; Luc.

de cal. I. S. 8, 7; 9, 10; Themist. de virt. I. S. 19, 19; 22, 4, 15; 25, 9; 26, 5; 36, 22; Themist. de amic. I. S. 59, 3; Plut. de exerc. A. S. 183, 1, 5, 26; Plut. de cohib. ir. A. S. 187, 8; 189, 4; 192, 13, 25; 193, 18; ܫܘܝ Themist. de virt. I. S. 19, 22; ܫܠܡ Arist. de mund. A. S. 135, 30; Themist. de amic. I. S. 59, 7, 10; ܫܟܠܠ Themist. de virt. I. S. 24, 15; ܫܘܕܥ Arist. de mund. A. S. 144, 4, 13, 14, 16; 145, 23; 149, 1, 11; 155, 26; Plut. de exerc. A. S. 180, 1; ܡܫܟܠܠܐ Arist. de mund. A. S. 147, 22, 24; 151, 30; 149, 30; ܫܥܒܕ Themist. de virt. I. S. 19, 6, 33, 3; Plut. de cohib. ir. A. S. 187, 10; 190, 7; 191, 19; ܫܟܠܠܐ ibid. 187, 28; ܫܘܙܒ Themist. de amic. I. S. 49, 20; Plut. de excerc. A. S. 178, 15; de cohib. ir. A. S. 190, 1. Formae inveniuntur šaf῾el, eštaf῾el, mᵉšaf῾el, mᵉšaf῾al, meštaf῾el, mᵉšaf῾ᵉlān, meštaf῾ᵉlān, šūf῾āl, šaf῾ālān. — Coniugationis Saf῾el exempla sunt ܐܫܬܡܫܠܠ Themist. de virt. I. S. 30, 6; ܡܫܡܫܢܐ Themist. de amic. I. S. 51, 25; 53, 17; ܡܫܡܫܢܘܬܐ Arist. de mund. A. S. 149, 17; ܡܫܬܪܥܢܐ Isocr. ad Dem. A. S. 170, 8.

Transeo ad stirpes quatuor pluriumve litterarum radicalium. Quarum in universum duo genera internoscenda sunt, alterum antiquum et, quod ad ipsam, si fas est dicere, infantiam linguae usque redeat, alterum pro rata parte novicium et manifesto ex stirpibus trium radicalium ductum. In versionibus, de quibus disputatur, multo densiora sunt prioris generis exempla quam alterius. Sed alterius quoque, quae obviam sunt, exempla iam ante quintum post Christum natum saeculum videntur in usu fuisse. Atque prioris quidem generis sunt primum eae quatuor radicalium stirpes, quae reduplicatione, quam dicunt, ex antiquis stirpibus duarum radicalium factae sunt. Exempla e versionibus haec habeo, quae afferam, ܟܠܟܠ Arist. de mund. A. S. 154, 26; ܪܡܪܡܐ Themist. de virt. I. S. 42, 15; de amic. 56, 13; Plut. de cohib. ir. A. S. 190, 7; ܣܝ Arist. de mund. A. S. 146, 8; ܣܝܣܪܐ Isocr. ad Dem. A. S. 175, 19; ܐܬܠܚܠܚ Luc. de cal. I. S. 13, 5; ܠܒܠܒ Plut. de exerc. A. S. 184, 6; ܐܬܡܪܡܪ Themist. de virt. I. S. 44, 10; ܟܠܟܠܐ Arist. de mund. A. S. 138, 10; 143, 25; ܦܣܦܣܐ Arist. de mund. A. S. 152, 13; Themist. de amic. I. S. 54, 7; ܪܘܪܒܐ, ܪܘܪܒܐ, ܪܘܪܒܐܝܬ, quae passim obviam sunt, facta ex ܪܒܒ stirpe duarum radicalium iterata[389]), ܐܬܪܘܪܒ Arist. de mund. A. S. 147, 16; Plut. de exerc. A. S. 181, 26. — Praeterea perantiqua sunt vocabula ܐܘܪܕܒ Themist. de virt. I. S. 42, 13; ܐܪܢܒܐ Themist. de amic. I. S. 57, 19; ܟܪܘܣܛܠܐ Arist. de mund. A. S. 153, 25; ܐܟܘܪ Plut de cohib. ir. A. S. 195, 3; ܡܟܘܪܐ Themist. de virt. I. S. 21, 5; de amic. 54, 11; ܡܟܘܪܐܝܬ Arist. de mund. A. S. 145, 13;

ܒܪ̈ܘܠܐ Themist. de virt. I. S. 17, 3; ܡܕ̈ܘܠܬܐ Luc. de cal. I. S. 9, 21; ܦܠܘܪ Themist. de amic. I. S. 53, 2; ܡܦܪ̈ܣܢ Arist. de mund. A. S. 152, 26; ܦܪ̈ܙܐ Themist. de virt. I. S. 30, 6; de amic. 61, 23; 63, 16; Plut. de exerc. A. S. 182, 25; 185, 13; de cohib. ir. 191, 28; 187, 30; ܐܬܦܪ̈ܢܣ Arist. de mund. A. S. 156, 21; ܐܬܦܪܫ Themist. de virt. I. S. 19, 41; 27, 21; ܦܘܪܦܠܐ ibid. I. S. 18, 20; 20, 17; 40, 23; 41, 12; ܦܘܪܢܬܐ Luc. de cal. I. S. 7, 1; ܡܘܒܠܐ Arist. de mund. A. S. 152, 13; ܡܦܝ̈ܪܐ (quod Gildemeisterus scribi iubet; conf. p. 409) Themist. de virt. I. S. 32, 13. Alterius generis sunt ܕܢ̈ܝܪܐ Arist. de mund. A. S. 156, 28; Themist. de virt. I. S. 33, 16; de amic. 61, 18; ܐܬܥܘܪܢ Luc. de cal. I. S. 3, 4; 10, 2; Plut. de cohib. ir. A. S. 187, 9, 18; ܥܘܪܐ ibid. 187, 16; ܥܒܪ̈ܐ Luc. de cal. I. S. 12, 21; ܣܡܡܡ ibid. 14, 3, 8; ܠܥܡܠܐ Isocr. ad Dem. A. S. 176, 2; ܡܒܪ̈ denique et coniugationes formaeque nominum inde ductae Arist. de mund. A. S. 149, 30; Isocr. ad Dem. A. S. 171, 12; 173, 7; Themist. de virt. I. S. 20, 8; 26, 1; 38, 21; 40, 12; 41, 18; 45, 10; 46, 8, 25; 38, 15; 41, 12; de amic. 49, 12; 53, 25; 55, 9; Plut. de exerc. A. S. 182, 21, 23; 183, 11; de cohib. ir. 191, 2; 194, 23, 28; 195, 8.

Denique quod supra dixi versiones, de quibus inquirimus, verbis compositis carere, id tantum ex parte verum est. Quamquam enim in universum compositionibus vocabulorum, a quibus pro indole sua et natura lingua Syriaca abhorret, et Sergius et earum, quae sine interpretis nomine servatae sunt, versionum auctor, quisquis est, anxie abstinuit, tamen aliqua exciderunt exempla duriora et magis ad normam Graecae linguae comparata, in quibus nomina Syriaca cum ܠܐ copulantur aeque atque Graeca cum α, quod dicunt, privativo: ܠܐܫܪܘܬܐ Themist. de amic. I. S. 65, 6 s.; ܠܐܡܒܠܐ Plut. de cohib. ir. A. S. 193, 22; ܠܐ ܡܘܒܠܐ Luc. de cal. I. S. 4, 1; ܠܐܡܠܦܢܘܬܐ Arist. de mund. A. S. 138, 2; ܠܐܡܠܦܩܢܘܬܐ Plut. de cohib. ir. A. S. 190, 4; ܠܐܡܘܬܐ Arist. de mund. A. S. 153, 3. Sed latius vera compositio verborum patere non videtur. Neque enim hic est, quod de antiquis illis et singularibus ܟܠܟܠܐ et ܟܠܟܠܘܬܐ disputetur. Eas autem, quae statu constructo fiunt, copulationes nominum hominibus Syris quinti, sexti, septimi post Christum natum saeculi iam plane vocabulorum compositorum instar fuisse nemo serio contendet. Quamquam sunt ex eis, quae proxime huc accedant. Ea exempla dico, in quibus status constructus non genetivo excipitur, sed substantivo cum praepositione iuncto: ܡܣܡܡ ܒܪ̈ܢܫܐ Luc. de cal. I. S. 15, 12; Plut. de cohib. ir. A. S. 187, 15; ܡܦܣ ܒܪ̈ܘܚܐ Plut. de cohib. ir. A. S. 192, 22.[390]), cuius generis etiam plura in Pešittha obviam sunt.

Haec fere habebam, quae de verborum delectu dicerem. Liceat ad alteram huius disputationis partem transire, quae est de flexione pronominum et nominum. — Ut ea, de quibus adhuc tractatum est, antiqui certe magis quam recentioris sermonis propria sunt, ita in praecipuis antiquitatis testimoniis ducendus est usus statuum, quos dicimus, constructi et absoluti, qui iam in versione bibliorum simplici tantum non totus obsolevit, iu versionibus istis passim vivus, ut ita dicam, et vigens. Status absolutus in quovis nomine admittitur iuncto cum numero[391]) vel cum vocabulis ܟܠ[392]) et ܟܡܐ[393]), saepius in substantivis ܐܢܫ (homo)[394]), ܙܒܢ (tempus) praesertim, si cum ܒ praepositione copulatum est, ܡܕܡ (res) praesertim, si positum est in negativo enuntiato[395]); deinde in versione orationis Demoniceae quater alia quoque substantiva in enuntiatis negativis statum absolutum admittunt[396]), bis denique vocabulum ܐܚܪܝܢ (alius) admittit etiam in enuntiatis affirmativis.[397]) Semper in statu absoluto ponuntur participia et adiectiva praedicativa in enuntiatis nominalibus, quorum praedicata sunt nomina, quae Syri dicunt, verbalia. Magis quam status emphaticus usitatus est status absolutus, si substantiva Syriaca cum ܕܠܐ iunguntur ad exprimenda adiectiva Graecorum velut in ܕܠܐܐܠܗ, ܕܠܐܓܡ, ܕܠܐܣܟܠ. Huius generis exempla inveni Arist. de mund. A. S. 137, 2, 10, 27; 138, 29; 141, 26; 143, 20; 144, 19; 145, 5, 15; 147, 7, 15, 20, 29; 149, 5, 6, 7; 155, 6; 158, 28; 159, 23; Luc. de cal. I. S. 5, 1, 14; 14, 14; Isocr. ad Dem. A. S. 168, 30; 169, 10; Themist. de amic. I. S. 54, 13, 19; 55, 20; Plut. de exerc. A. S. 177, 13; de cohib. ir. 192, 7. Denique exempla status absoluti exhibent etiam antiquae locutiones adverbiorum fere instar adhibitae ܠܥܠܡ ܠܟܠ Arist. de mund. A. S. 152, 21 s.; ܒܠܒܪ ibid. 140, 20; 144, 2; 150, 10; ܒܙܒܢܝܢ ܙܒܢܝܢ Themist. de virt. I. S. 38, 18; ܠܥܠܡ Arist. de mund. A. S. 149, 7; 155, 6; Isocr. ad Dem. A. S. 168, 3; 169, 7 et passim; ܡܢ ܪܘܚ ܠܪܘܚ Arist. de mund. A. S. 146, 25; ܡܢ ܪܫܠ Themist. de amic. I. S. 48, 5; ܡܢ ܠܥܠ Arist. de mund. A. S. 141, 27; 142, 9, 24; 145, 2, 3. — Paulo angustioribus finibus continetur usus status constructi. Ac primum quidem in statu constructo semper ponuntur nomina quaedam substantiva, quae cum praepositionibus simplicibus copulata, plane in vim et notionem praepositionum compositarum transierunt. En ea, quae significabam, exempla: ܒܝܕ Luc. de cal. I. S. 16, 17; ܒܝܕܥܐ Arist. de mund. A. S. 144, 20; 145, 22; Luc. de cal. I. S. 1, 2; 2, 8; 3, 24; 4, 2; 8, 14; Themist. de virt. I. S. 43, 7; de amic. 51, 7; 53, 20; 56, 18; 57, 1; 59, 11; 64, 11; ܒܣܟܠ Themist. de virt. I. S. 21, 24; 34, 8; ܒܝܬ passim et ܠܒܝܬ Themist.

de virt. I. S. 42, 21; ܒܦ̈ܘܣ Arist. de mund. A. S. 155, 22; ܒܝܕ Plut. de cohib. ir. A. S. 187, 20; 194, 17, 23; ܠܐܦ̈ܝ Arist. de mund. A. S. 143, 11, 12; 155, 22; ܠܘܬ Luc. de cal. I. S. 10, 17; 16, 16 et passim; Themist. de amic. 49, 10; 51, 7 et passim; Plut. de exerc. A. S. 180, 10; 179, 8; ܠܦܘܬ Arist. de mund. A. S. 142, 11; 144, 23; 148, 11, 12; 150, 7, 12; ܥܠ ܐܦ̈ܝ Themist. de virt. I. S. 26, 7; 39, 2; 47, 13; Themist. de amic. 50, 9; Plutarch. de exerc. A. S. 183, 8; ܥܠ ܝܕ Themist. de virt. I. S. 21, 24; 34, 8; Plut. de exerc. A. S. 179, 4, 5; de cohib. ir. 190, 22. — Deinde plurimae in versionibus istis copulationes fiunt tam substantivorum quam adiectivorum vel participiorum et substantivorum per statum constructum ad exprimendas eas exemplorum Graecorum notiones, quae pro paupertate sermonis Syriaci videbantur simplicibus vocabulis reddi non posse, non solum notissimae illae, quae fiunt per ܒܪ et ܒܝܬ, sed etiam minus usitatae, quas enumerare longum erat. Satis habeo locos indicare: Arist. de mund. A. S. 135, 8, 21; 136, 6; 137, 4; 138, 15; 140, 4, 6; 141, 15, 22; 142, 27, 28; 143, 2, 3, 11, 12; 144, 26; 145, 13, 30; 147, 2, 23; 150, 24, 27; 151, 10, 28; 153, 5; 154, 21, 22, 24; 156, 10, 11, 12, 13; 157, 11; 158, 18; Isocr. ad Dem. A. S. 172, 6; 174, 4; Luc. de cal. I. S. 1, 1; 2, 18; 3, 4, 6, 10; 5, 23, 24; 8, 21; 9, 14, 22; 11, 16, 20; 13, 29; 14, 11; 15, 22; 16, 3 s.; Themist. de virt. I. S. 17, 13, 18, 11, 15; 19, 21; 20, 13; 21, 11; 22, 2; 23, 7, 13, 15, 17; 24, 7; 25, 18; 27, 3; 31, 10; 32, 5, 7, 8, 21; 33, 3, 11, 17; 37, 11; 39, 5; 40, 15; 41, 21; 44, 18; 45, 13, 15, 19; 47, 3; de amic. 50, 16, 17, 19; 52, 13; 53, 12, 23, 24 (e coniectura); 55, 8, 9; 58, 10, 15, 18, 19; 60, 12, 16, 21; 63, 12, 13; 64, 14, 20; 65, 12; Plut. de exerc. A. S. 177, 24; 178, 5; 179, 25, 27; 180, 14, 19, 23; 181, 12, 30; 182, 9, 14, 16; 184, 21; 185, 1; 186, 2; de cohib. ir. 187, 24; 189, 9, 12, 26; 190, 3, 11, 12, 15, 17; 191, 14; 192, 10, 13, 23, 28; 194, 20, 30.

Haec quidem de statibus nominum, quae proprii, ut ita dicam, iuris sunt. Adiectiva attributiva per omnes, quas tractamus, versiones cum substantivis, quibus apposita sunt, non solum genere et numero sed etiam statu conveniunt. Paucissimae exceptiones sunt: Isocr. ad Dem. A. S. 167, 29; 170, 12; 174, 2; Plut. de exerc. A. S. 182, 11, 14; 185, 23.

Sed quoniam modo de statu constructo dixi, ea subiungam, quae omnino de fictione genitivi monenda esse videntur. Atque longe quidem frequentissima sunt eius fictionis exempla, quae sine pronominibus suffixis fit per statum emphaticum (vel absolutum) et ܕ particulam; 158 sunt in Arist. de mund. 44 in Isocr. ad Dem. 45 in Luc. de cal. 95 in Themist. de virt. 53 in Themist. de amic. 48 in Plut. de exerc. 32 in Plut. de cohib. ir. Multo rariora sunt exempla alterius fictionis, quae, ne a vetustissimo quidem quoque litte-

rarum Syriacarum genere prorsus aliena, apud posteriores scriptores Syros constans fere et sollemnis, ita efficitur, ut inter nomen regens et particulam ܕ pronomen suffixum possessivum interponatur, quod ad nomen rectum redit; obviam sunt 48 in Arist. de mund. 21 in Isocr. ad Dem. 16 in Luc. de cal. 13 in Themist. de virt. 3 in Themist. de amic. 3 in Plut. in exerc. 6 in Plut. de cohib. ir. — Genitivi pronominum personalium exprimi solent per pronomina suffixa possessiva. — Rarissima vero tam in nominibus quam in pronominibus personalibus est ea genetivi conformatio, quae per ܕܝܠ fit. Neque enim omnino adhibetur nisi ita, ut certum consilium scriptor sequatur, sive premendum genitivum esse putat, sive legentium errores praecavere studet, sive id agit, ut duos genitivos inter se opponat. Exempla huc faciunt Aristot. de mund. 137, 29; 139, 6; 140, 21; 143, 10; 145, 2, 12; 146, 7; 158, 11, 15; Luc. de cal. I. S. 2, 11; 5, 25; Themist. de virt. I. S. 28, 20; 30, 17; 31, 15; 39, 8; 43, 15; 47, 9; de amic. 49, 8; Plut. de cohib. ir. A. S. 187, 2, 17.

De genitivo quod probe stabilitum est, nisi fallor, idem cadit in accusativum, quo quodque sit antiquius et simplicius genus conformationis, eo saepius in versionibus, de quibus disputamus, adhiberi. Inveniuntur enim exempla, in quibus obiectum, quod dicimus, nota accusativi prorsus careat, 104 in Arist. de mund. 86 in Isocr. ad Dem. 77 in Luc. de cal. 152 in Themist. de virt. 85 in Themist. de amic. 100 in Plut. de exerc. 68 in Plut. de cohib. ir., in quibus solum ܠ praepositio nomini praefixa sit 32 in Arist. de mund. 20 in Isocr. ad Dem. 23 in Luc. de cal. 54 in Themist. de virt. 39 in Themist. de amic. 32 in Plut. de exerc. 21 in Plut. de cohib. ir., in quibus verbo affixum sit pronomen, quod dicimus suffixum verbale, ad obiectum id quidem referendum, ipsum vero obiectum nota accusativi careat, unum in Arist. de mund. duo in Themist. de amic., in quibus primum positum sit pronomen vel ipsi verbo vel praepositioni ܠ suffixum, sequatur substantivum nota accusativi instructum 56 in Arist. de mund. 3 in Isocr. ad Dem. 11 in Luc. de cal. 23 in Themist. de virt. 2 in Themist. de amic. 3 in Plut. de exerc. 11 in Plut. de cohib. ir. Inter nomina determinata et indeterminata certum discrimen quoad conformationem accusativi et constans parum elucet. — Haec quidem de conformatione eorum obiectorum, quae ex nominibus constant. Quod ad ea attinet, quae ex pronominibus personalibus constant, usus pronominum ipsi verbo suffixorum in omnibus, quas tractamus, versionibus parcissimus est. Infinitivis et participiis nunquam affiguntur pronomina. Ceteroqui exempla sunt pronominum ipsi verbo suffixorum 1 in Arist. de mund. 9 in Isocr. ad Dem. 11 in Luc. de cal. 26 in Themist. de virt. 14 in Themist. de amic. 21 in Plut. de exerc. 2 in Plut. de cohib. ir. suffixorum notae accusativi ܠ. 16 in Isocr.

ad Dem. 1 in Luc. de cal. 2 in Themist. de virt. 9 in Themist. de amic. 16 in Plut. de exerc. 6 in Plut. de cohib. ir. pronominum denique absolutorum, quae dicuntur, sine nota accusativi in accusativo positorum 7 in Arist. de mund. 9 in Isocr. ad Dem. 1 in Luc. de cal. 3 in Themist. de amic. 4 in Plut. de exerc.

Eadem, quae in conformandis casibus genitivo et accusativo, conspicua est pronominum personalium suffixorum parsimonia in copulandis substantivis et praepositionibus. Cum enim a recentioribus scriptoribus saepissime interponantur pronomina illa suffixa, in versionibus istis ea trita constansque ratio est, ut substantiva cum praepositionibus directo iungantur. Perpauca pro rata parte sunt recentioris structurae exempla, videlicet 38 in Arist. de mund. 4 in Isocr. ad Dem. 7 in Luc. de cal. 33 in Themist. de virt. 9 in Themist. de amic. 2 in Plut. de exerc. 7 in Plut. de cohib. ir. Atque ea quidem in omnibus, quae enumeravi, exceptionibus valet lex, ut ipsa nomina annectantur ad praepositiones ܒ et ܠ cum suffixis iunctas iteratis illis praepositionibus, ad ceteras per ܕ particulam.

Contra ܟܠ, nisi ipsum substantivi instar nudum ponitur aut copulatur cum vocabulis ܡܕܡ, ܡܐ, ܚܕ vel nominibus substantivis in statu absoluto positis, non iungitur cum ipsis substantivis, sed semper cum pronominibus suffixis, quae substantivis excipiuntur.

De flexione verbi non est, quod moneam nisi parcissimum esse usum infinitivi absoluti. Exempla haec inveniebam: Isocr. ad Dem. 168, 20; 171, 9, 26; 172, 2; 173, 23. Luc. de cal. I. S. 2, 14; 3, 5; 13, 10; Themist. de virt. I. S. 20, 13; 31, 5; 42, 10; Plut. de exerc. A. S. 178, 8; de cohib. ir. 192, 3, 4.

Transeo ad collocationem verborum. Quae cum admodum libera sit tam in universa lingua Syrorum, quam in versionum istarum sermone, non multa sunt, quae commemorari e re sit. — Primum constanter ea lex servatur, ut nomen regens ante genitivum ponatur, quaecunque est conformatio genitivi. Eadem fere constantia adiectiva attributiva ponuntur post substantiva, ad quae apposita sunt. Exceptiones non inveni nisi tres Isocr. ad Dem. A. S. 167, 29; 169, 22; Luc. de cal. I. S. 11, 1. Non cadit ea lex in pronomina demonstrativa ܗܘ et ܗܢܐ et ܗܕܐ, quorum liberrima collocatio est neque ullis legibus constricta. Porro obiectum plerumque ponitur post verbum regens. Neque vero ea lex constanter servatur. Sed numerus quidem exceptionum per omnes versiones sibi constat. Sunt 44 in Arist. de mund. 41 in Isocr. ad Dem. 23 in Luc. de cal. 70 in Themist. de virt. 27 in Themist. de amic. 34 in Plut. de exerc. 29 in Plut. de cohib. ir. Perinde infinitivi maximam quidem partem ponuntur post illud unde pendent sive nomen sive verbum. Exceptiones duodecim inveni, scilicet Isocr. ad Dem. A. S. 168, 3; 170, 9, 10; 172, 17, 19; 175, 6; Themist. de virt. I. S. 38, 13; 40, 13; Plut. de cohib.

ir. A. S. 191, 9, 10. — Pertinet denique ad collocationem verborum etiam nominativus absolutus, de cuius vi et natura, ne longus fiam, legentes relego ad Noeldekii de grammatica Syriaca librum.[398]) Eius usus parcissimus est. Exempla haec inveni: Arist. de mund. A. S. 135, 10 s.; 144, 2; Isocr. ad Dem. A. S. 170, 25, 28; 171, 12 s.; 172, 10; 173, 7, 11 s., 24, 30 s.; 175, 29; 176, 6, 17 s.; Luc. de cal. I. S. 2, 14; 6, 7; Themist. de virt. I. S. 24, 18 s.; 33, 17; 34, 2; 36, 6; 42, 20; 47, 4; Plut. de exerc. A. S. 178, 22, 23; de cohib. ir. 188, 22; 189, 18; 193, 11.

Haec quidem de verborum delectu, flexione, collocatione. — *Sententiarum* in universum pro indole linguae Syriacae tria genera posuerim. Enuntiata dico *verbalia* et *nominalia* et media inter utraque posita ea, *quorum praedicata constant e nominibus*, quae ipsi Syri appellant, *verbalibus*. De enuntiatis *verbalibus* non est, quod hic dicam. Quae enim moneri poterant, ea magis ad artem interpretationis spectant quam ad genus scribendi. Quoad *medii* illius *generis* enuntiata iam Hoffmannus[399]) optime vidit ea per omnes, quas tractamus, versiones multo esse solito frequentiora. Id quod suo iure vir doctissimus inter vestigia antiquitatis numeravit. Copula in sententiis eius generis nulla est. Nam ea enuntiata, quae per verbum ܗܘܐ interpositum fiunt, ad verbalia referre malo quam huc, quoniam ܗܘܐ non tam copula est, quam iustum verbum et proprium, ut quod ad notiones temporum exprimendas pertineat. Praedicata, id quod iam dixi, in illis enuntiatis semper in statu absoluto posita sunt. Cuius legis exceptiones pro rata parte paucissimae videntur magis esse quam re vera sunt. Quod enim Arist. de mund. A. S. 136, 6, 27; 137, 27, 30 participia et Arist. de mund. A. S. 136, 27; 138, 5; 141, 17; Themist. de virt. I. S. 17, 10; 18, 3; 29, 21; 32, 13; 33, 18; 34, 22; de amic. 52, 22; 61, 5; Luc. de cal. I. S. 13, 18, 20; Plut. de exerc. A. S. 180, 17; 183, 23; 186, 20 adiectiva, quae in numero nominum verbalium sunt, praedicativa in statu emphatico ponuntur, amissa vi et natura verbali plane substantivorum instar adhibentur integraeque sententiae inserto aut ܐܝܬ vel ܗܘ aut verbo ܗܘܐ in tertium vel primum genus transeunt. In causa solet esse aut aliud nomen, quod pro praedicato adhibitum ad tertium genus sententiarum pertinet, cum nomine verbali iunctum[400]) aut exemplum Graecum ita comparatum, ut adiectivum interpreti Syro substantivi naturam occupavisse videretur.[401]) — Tertium denique genus constat ex enuntiatis, quae proprie dici possunt, *nominalibus*. Praedicata semper in statu emphatico posita sunt. Copula modo per pronomen tertiae personae absolutum modo per ܐܝܬ pronominibus personalibus suffixis instructum modo, id quod antiquissimum est structurae genus, nulla omnino fit. Exempla pertinent ad primam speciem ex Arist. de mund. 8, ex Isocr. ad Dem. 32, ex Luc. de cal. 13, ex Themist. de virt. 41, ex Themist. de amic.

12, ex Plut. de exerc. 7, ex Plut. de cohib. ir. 19, ad alteram ex Arist. de mund. 53, ex Luc. de cal. 51, ex Themist. de virt. 62, ex Themist. de amic. 28, ex Plut. de exerc. 9, ex Plut. de cohib. ir. 10, ad tertiam ex Arist. de mund. 4, ex Isocr. ad Dem. 9, ex Luc. de cal. 2, ex Themist. de virt. 9, ex Themist. de amic. 4, ex Plut. de exerc. 7, ex Plut. de cohib. ir. 3.

Denique ne illud quidem ad versionum intimam affinitatem cognoscendam nihil confert enuntiata relativa ad unum omnia elegantissime conformata esse ad normam linguarum, quas dicimus, Semiticarum propriam. Illa structurae durities, quam plurimi scriptores Syri cum alii tum ei maxime, qui libros Graecos Syriace verterent, sibi indulserunt, cum ipsa pronomina relativa flectere conarentur[402]), ab huius sermonis antiquo candore abhorret.

Haec fere habebam, quae de genere scribendi dicerem. Quod et perquam pro rata parte antiquum est et adeo in omnibus sibi constat, ut ad unius hominis stilum septem versiones redire mea quidem sententia dubitari non possit. Sunt sane inter singulas versiones quaedam discrimina orationis. Praesertim versionis Demoniceae orationis non pauca propria sunt.[403]) Verum discrimina illa collatione maiorum levia videntur et ea, quae aut ex diversa scribendi materia, quae alibi alium sermonem exegerit, facile duci aut ita explicari possint, ut statuamus ipsius Sergii genus scribendi procedente tempore aliquid mutatum esse. Illud vero eo facilius statui potest, quod versiones conditae sunt circa eam aetatem, qua Syriaca lingua ad litteras et scriptionem applicari vix coeperat. Atque antiquissimam quidem, quoniam ad temporis rationem deveni, omnium versionem Isocratis esse facile, nisi fallor, perspicitur. De aetate versionis libri de mundo quid sentirem, iam dixi in ea parte disputationis, qua de vita Sergii et scriptis tractavi. Isocratis denique inter et Pseudo-Aristotelis versiones ceterae videntur factae esse.

Multo etiam minus quam in genere scribendi plena absolutaque singularum versionum convenientia exspectari debet in ratione et fide interpretandi. Longe alia enim ratione consentaneum est ab homine Syro reddi iucundam Plutarchi garrulitatem, alia dictionem illam ieiunam totamque ad praecipiendi rationem delapsam, quae in Luciani de calumnia libello offendit, alia putidam et simulatam Themistii elegantiam, alia Demoniceae orationis stilum pressum, concisum, ita fere elaboratum, ut verba verbis quasi demensa et paria responderent, alia denique quaestionum naturalium vel, quae ad primam philosophiam spectarent, expositionem, qualis est in libro de mundo. Eo nemo unquam interpretum Syrorum progressus est, ut, quae nobis summa interpretandi laus videatur, proprium, ut ita dicam, colorem orationis, qui esset in exemplo sibi proposito, patrio sermone aequare studeret. Satis habebant argumentis sententiisque peregrinis eo, quo quisque uti consuevisset, scribendi genere Syriaco, quam fieri posset, accuratissime expressis. Ita fit, ut fere eadem

dictio sit, alia in aliis scriptoribus Graecis vertendis ratio interpretandi eiusdem interpretis Syri. Nihilo vero secius Isocratis, Luciani, Themistii, Plutarchi versiones cum versione Sergiana libri de mundo universa certe arte et fide interpretationis adeo conveniunt, ut ex ea quoque parte manus Sergii in illis facile cognoscatur.

Ac primum quidem singularis est in reddendis singulis vocibus Graecis constantia. Variatur sane sermo; modo aliter, modo aliter eadem locutio Graeca exprimitur. Tamen in universum vocabulorum usus tam certis legibus circumscriptus est, ut plerumque ex vocabulo Syriaco Graecum facili coniectura assequi possimus. Philosophicae dictionis certe et quasi artis vocabula constantissime iisdem vocabulis Syriacis redduntur. Quae lex sicubi videtur laesa esse, id non neglegentia sed consulto factum est, cum interpres Syrus vocabula illa non nunquam significationes habere sentiret, quae a communi usu paulum discederent. Rem prolatis exemplis confirmare et longum erat et parum adferret utilitatis. Tales enim, quae ad singulorum vocabulorum usus illustrandos spectant, collectiones aut plenas et copiosas fieri aut omnino non fieri oportet. Ceterum aliqua, quae huc faciunt, cum de memoria scriptorum Graecorum secundum versiones Sergianas emendanda exponam, commode poterunt adumbrari.

Copiosius quam de hoc loco inquirendum est de fide earum, quas comparamus, versionum. Ut a locis quibusdam discedamus, de quibus postea disputabo, in omnibus illud actum est, ut, quantum sine perspicuitatis detrimento aut elegantiae fieri poterat, verbum e verbo exprimeretur. In plurimis autem illis, quae accurate Syriace verti omnino non poterant, reddendis et quasi circumeundis eaedem fere per sex, quas cum exemplaribus Graecis conferre licet, versiones normae observantur. — Quae in promptu sunt exempla proferam.

Primum cum status emphatici antiqua vis nulla fere sit, articulus Graecus saepissime ita redditur, ut vocabulum, quod in exemplari Graeco praeposito articulo determinatum est, ab interprete Syro pronomine personali suffixo iungatur cum alio nomine enuntiati, quocum vi et sententia cohaeret. Exempla tantum non unaquaeque versionum linea suppeditat.

Substantiva composita Graeca aut simplicibus Syriacis, quae fere respondent, exprimuntur aut binorum nominum copulationibus per statum constructum factis. Exempla congessi, cum de statu constructo dixi. Illa quoque iam attuli[404]) paucissima exempla, in quibus substantiva Graeca per α privativum facta iustis vocabulorum compositionibus ad normam linguae Graecae conformatis redduntur.

Adiectiva neutrius generis, quibus Graeci passim tanquam substantivis utuntur, exprimi solent per substantivum ܡܕܡ

(res) additis adiectivis velut Arist. de mund. A. S. 135, 13, 15, 22; 145, 12, 17; 148, 5; Isocr. ad Dem. A. S. 164, 27; 173, 27, 30; 174, 3; 175, 11, 12; Themist. de amic. I. S. 54, 10.

Adiectiva composita solent exprimi per participium vel adiectivum in statu constructo positum, unde pendet substantivum in genitivo positum. Exempla sunt in numero eorum, quae congessi ad usum status constructi illustrandum. Raro fit ut adiectiva composita exprimantur per participia, a quibus infinitivi aut integra enuntiata finalia vel consecutiva pendent, velut Isocr. ad Dem. A. S. 173, 15; Luc. de cal. I. S. 6, 11; 14, 7. Propriam speciem efficiunt adiectiva negativa conflata ex adiectivis simplicibus et α privativo. Redduntur aut integris sententiis relativis aut per ܠܐ et nomen substantivum sive nudum sive cum praepositione iunctum. Sollemnis in eius modi compositionibus negativis est usus status absoluti. Inde factum est, ut exempla colligerem multa, cum de statu absoluto disputarem. Quibus quaedam addam, quae efficiuntur nominibus in statu emphatico positis: Arist. de mund. A. S. 145, 15; Isocr. ad Dem. A. S. 169, 11; 173, 11, 12; Luc. de cal. I. S. 6, 8.

Sed simplicia quoque adiectiva sive attributiva sive praedicativa passim interpres directo transferre noluit, quae sine quadam scabritie sermonis non posset. Usus est ad circumeunda eius generis adiectiva aut sententiis relativis velut Arist. de mund. A. S. 138, 21; 139, 2, 12, 14; 141, 14 s., 29; 142, 27; 143, 19, 21; 146, 2; 147, 14, 15; 148, 27; 149, 24; 153, 9; 154, 9; 155, 12; 156, 25; Isocr. ad Dem. A. S. 171, 22 s.; 173, 8, 28 s., 29; 175, 1; 177, 1; Luc. de cal. I. S. 4, 2 s., 3; 6, 10; 7, 3 s., 20, 21; 8, 8; 9, 13, 17; 15, 20; Themist. de amic. I. S. 49, 21, 23; 51, 16; 52, 18 s., 20 s.; 56, 16 s.; 57, 23; 65, 6; Plut. de cohib. ir. A. S. 188, 21; 192, 5, aut genitivis sive qualitatis velut Isocr. ad Dem. A. S. 171, 11; 174, 20, 21; Luc. de cal. I. S. 3, 3; 12, 21; Themist. de amic. I. S. 54, 4; 51, 25 sive, id quod maxime fit in exprimendis adiectivis praedicativis neutrius generis, possessionis velut Arist. de mund. A. S. 138, 11, 16, 17; 139, 21; 140, 2, 3, 7, 8, 11; 152, 15; Isocr. ad Dem. A. S. 170, 9; Luc. de cal. I. S. 10, 16; 17, 7, 12 s.; Themist. de amic. I. S. 61, 8.

Denique circa adiectiva monendum est a Syro, ut cuius lingua comparativo et superlativo careat, nisi integra comparatio per ܡܢ praepositionem institui possit, comparativum et superlativum per positivum exprimi velut Arist. de mund. A. S. 136, 29; 138, 6; 140, 27; 142, 4; 145, 9; 148, 3; 151, 18; 155, 12; 156, 18; Isocr. ad Dem. A. S. 167, 29; 170, 18; 174, 14; 176, 8; Luc. de cal. I. S. 5, 23; 7, 21; 10, 22; 12, 19; 14, 6; 15, 6; Themist. de amic. I. S. 51, 18; 57, 20 s.

Adverbia locutionesque, si dicere fas est, adverbiales, quae a Graecis instar aut adiectivorum attributivorum inter articulum et sub-

stantiva ponuntur aut substantivorum cum solo articulo iunguntur, integris sententiis relativis informatis redduntur velut Arist. de mund. A. S. 139, 4, 5, 20; 140, 12; 141, 2; 142, 23; 148, 18; 150, 6, 9; 151, 26; 153, 1; 154, 13, 25; 155, 16; 156, 8; Isocr. ad Dem. A. S. 174, 15; Luc. de cal. I. S. 1, 14; 15, 5; Themist. de amic. I. S. 50, 9; 51, 18; 54, 1; 61, 9.

Verba composita plerumque aeque atque simplicia, a quibus ducta sunt, vel verbis Syriacis simplicibus redduntur, quae significatione compositis Graecis fere respondent. Neque vero raro fit, ut natura verbi compositi etiam accuratius exprimatur. Tres potissimum internoscendae sunt rationes exprimendi. Prima ea est, ut verbum compositum Graecum duobus verbis simplicibus Syriacis finitis reddatur sive ἀcυνδέτωc iuxta positis sive per ܘ copulatis velut Arist. de mund. A. S. 152, 18; 135, 11; Luc. de cal. I. S. 6, 19; 10, 18, altera, ut verbum simplex, a quo compositum Graecum ductum est, verbo Syriace reddatur, praepositionis Graecae notio participio velut Luc. de cal. I. S. 15, 17 aut adiectivo velut Themist. de amic. I. S. 57, 14 aut adverbio velut Luc. de cal. I. S. 11, 9 aut, ea quae omnium tritissima ratio est, praepositione iuncta, prout natura sententiae postulat, sive cum nomine aliquo substantivo sive cum pronomine personali suffixo velut Arist. de mund. A. S. 138, 4; 140, 5 s.; 146, 4; 155, 8; Isocr. ad Dem. A. S. 168, 30; 169, 10; 175, 3, tertia denique, ut verbo Syriace reddatur notio praepositionis Graecae, verbi simplicis Graeci notio transeat in substantivum, quod praepositione cum verbo Syriaco copulatur velut Isocr. ad Dem. A. S. 169, 1.

Clarissime autem vertendi fides et constantia elucet ex interpretatione temporum modorumque verbi Graecorum. Cuius rationes legesque paulo copiosius liceat adumbrare. — Praesenti Graeco, sive prima sententia est sive recta, respondere solet enuntiatum nominale aut participium. Perraro pro rata parte factum est, ut perfectum interpreti aptius videretur ad praesens tempus exprimendum. Exempla inveni in sententiis primis quatuordecim Arist. de mund. A. S. 135, 23; 140, 3; 157, 1, 16; 158, 4, 14, 15; Isocr. ad Dem. A. S. 168, 11, 14; Luc. de cal. I. S. 1, 12; Themist. de amic. I. S. 48, 7, 15; 52, 13; 57, 2 in enuntiatis rectis unum Arist. de mund. A. S. 135, 28. Praeterea in sententiis rectis praesens redditur bis per imperfectum, cum in sententiis primis imperfecta sint Arist. de mund. A. S. 147, 14; 175, 20 et per participium cum perfecto verbi ܗܘܐ iunctum, cum in sententiis primis perfecta sint Luc. de cal. I. S. 10, 15, 16. Denique in describendo calumniae simulacro totam rem aliter atque scriptor Graecus interpres Syrus sibi informavit. Cum ille enim perfectam tabulam verbis depingat, Syrus pictorem ipsum tabulam pingentem inducit. Inde fit ut per totum locum praesentia tanquam imperfecta exprimantur. Imperfecta

autem semper redduntur per participia iuncta cum perfecto verbi ܗܘܐ. Exceptiones non nisi duae sunt. Nimirum Arist. de mund. A. S. 151, 27 Sergius sententiam magis quam verba exempli Graeci secutus enuntiatum nominale informavit, Luc. de cal. I. S. 16, 14 ܐܡܪܢ posuit pro Graeco ἔφημεν.[405]) — Perfecti Graeci duo fere genera esse recte perspexit Syrus praesens et historicum. Alterum per enuntiatum nominale aut per participium[406]), alterum per perfectum reddere solet. — Plusquamperfectum aut aeque atque perfectum aut perfecto iuncto cum perfecto verbi ܗܘܐ exprimitur.[407]) — Etiam inter aoristos historicum et gnomicum bene distinctum est. Aoristo historico perfectum, contra gnomico participium[408]) respondet. Paucissimae obviam sunt exceptiones. Bis enim Themist. de amic. I. S. 50, 10, 11 indicativus aoristi per participium iunctum cum perfecto verbi ܗܘܐ redditur, cum sententia sit irrealis, bis Luc. de cal. I. S. 10, 23, 24 per perfectum iunctum cum perfecto verbi ܗܘܐ, cum eadem sit atque plusquamperfecti, semel Arist. de mund. A. S. 147, 7 per imperfectum, cum eadem sit atque optativi.[409]) — Futurum exprimitur aut imperfecto aut participio. Bis pro futuro Graeco ponitur participium iunctum cum imperfecto verbi ܗܘܐ, scilicet Isocr. ad Dem. A. S. 172, 5, 28. — Haec quidem de indicativo temporum Graecorum. Coniunctivus, qui est in sententiis primis, hortativus per participium[410]) vel imperfectum[411]) redditur. In sententiis rectis temporalibus coniunctivo aoristi respondet perfectum.[412]) Idem fit in vertendis sententiis condicionalibus, quae ab ἐὰν coniunctione incipiunt, modo sit conclusionis sententia irrealis. Ceteroqui coniunctivus tam praesentis quam aoristi in sententiis rectis modo imperfecto[413]) modo participio[414]) redditur. — Optativus in sententiis primis vel imperfecto[415]) vel participio[416]) exprimitur vel per ambitum quendam verborum quoquo modo circumitur.[417]) In sententiis rectis optativus, si suspensus est ab ὁcάκις, participio iuncto cum perfecto verbi ܗܘܐ[418]), si ab ἵνα et ὡς coniunctionibus pendet, imperfecto[419]), ceteroqui perfecto[420]) redditur. — Sententiarum denique condicionalium structura ea est, ut in sententiis potentialibus condicio fiat per ܐܢ cum imperfecto, conclusio per imperfectum[421]) vel condicio per ܐܢ cum participio, conclusio per participium[422]), in irrealibus conclusio fiat per participium iunctum cum perfecto verbi ܗܘܐ, condicio per ܐܠܘ et perfectum[423]) vel participium cum perfecto verbi ܗܘܐ iunctum[424]) vel enuntiatum nominale.[425]) — Imperativus modo directo transfertur, modo circumitur ita, ut ponatur participium iunctum cum imperativo[426]) vel imperfecto verbi ܗܘܐ.[427]) Prohibitivus informatur per ܠܐ et imperfectum vel participium cum imperfecto verbi ܗܘܐ iunctum. Participia ad imperativos applicata tamquam impera-

tivi vertuntur.[428]) — Adiectiva verbalia in τέος cessantia, nisi per ܙܕܩ aut ܘܠܐ exprimuntur, imperfecto redduntur.[429]) — Infinitivi qui suspensi sunt a particulis ὡς, ὥστε, πρίν, omnes in imperfecta transeunt. Reliqui infinitivi, in quibus aliquid est optationis, exspectationis, consecutionis, aut directo transferuntur aut imperfectis redduntur.[430]) Ex eis infinitivis, quibus facta declarantur, primum infinitivi praesentis enuntiatis nominalibus vel participiis reddi solent. Multo rarius fit, ut imperfectis vel participiis iunctis cum imperfecto verbi ܗܘܐ exprimantur.[431]) Aristot. de mund. A. S. 151, 20; Luc. de cal. I. S. 10, 23, ubi ad tempus praeteritum respicitur, vertuntur participiis cum perfecto verbi ܗܘܐ iunctis. Infinitivi vero aoristi, qui huc pertinent, modo imperfectis[432]) modo participiis[433]) redduntur. Denique infinitivi perfecti redduntur perfectis Arist. de mund. A. S. 151, 23; Isocr. ad Dem. A. S. 176, 2; Luc. de cal. I. S. 3, 1; Themist. de amic. I. S. 59, 1, participiis Arist. de mund. A. S. 139, 23; 157, 29; Plut. de cohib. ir. A. S. 187, 7. — Restat, ut de interpretatione participiorum Graecorum dicam. Cuius in universum quatuor sunt rationes. Possunt enim reddi participia Graeca aut enuntiatis temporalibus, quae a ܟܕ particula incipiunt, aut sententiis relativis aut sententiis rectis cuiusvis alius generis aut sententiis primis cum proximis per ܘ, ܕܝܢ, ܒܪܡ, alias coniunctiones copulatis. Atque in universum quidem de participiorum praesentis et aoristi interpretatione haec fere statui possunt. Participia praesentis, si redduntur per enuntiata temporalia a particula ܟܕ incipientia, enuntiatis nominalibus vel participiis, cum de re praesente vel praeterita, imperfectis exprimuntur, cum de re futura agitur.[434]) Contra participia aoristi, si transeunt in enuntiata temporalia a particula ܟܕ incipientia, perfectis redduntur, cum de re praeterita, imperfectis, cum de re praesente vel futura agitur, si transeunt in sententias condicionales, quae ab ܐܢ, vel temporales, quae a ܡܐ incipiunt, semper imperfectis exprimuntur. Ceteroqui participia praesentis exprimi solent per enuntiata nominalia aut per participia, participia aoristi per perfecta. Verum eo res implicatur, quod saepissime et tempora sententiarum rectarum ad tempora primarum et tempora sententiarum primarum ad tempora aliarum, quae proxima posita sunt, sententiarum primarum se applicant.[435]) Participia perfecti plerumque exprimuntur perfectis, si in sententias relativas[436]), participiis, si in alias sententias rectas[437]), perfectis, si in sententias primas[438]), transeunt. Denique redditur participium perfecti Arist. de mund. A. S. 156, 5 perfecto, Luc. de cal. I. S. 3, 16 participio et perfecto verbi ܗܘܐ, Themist. de amic. I. S. 64, 23 nudo participio suspensis a particula ܟܕ. Participium futuri exprimitur per sententiam rectam, cuius verbum in imperfecto positum est Arist. de mund.

A. S. 156, 12, 13, per ܡܛܠ ܠ cum infinitivo Arist. de mund. A. S. 146, 16, per ܡܛܠ ܕ cum imperfecto Isocr. ad Dem. A. S. 176, 13.

De Syntaxi, quam Graeci appellant, nisi illud hic non monuerim: orationem obliquam a Syro pro universa linguarum, quas consuevimus dicere, Semiticarum in rectam converti. Haec fere habebam, quae summatim de eis locis dicerem, ubi, ut paulo maiore licentia orationem Graecam constitueret, interpres linguae suae indole et natura adductus est.

Quibus permulti oppositi sunt, ubi commodo magis quam necessitati verbis Graecis minus accurate redditis obtemperatum esse videtur. Neque enim id solum per omnes, de quibus disputatur, versiones agi videmus, ne nimio fidei studio in vertendo contra leges sermonis Syriaci peccetur, sed etiam, ut sententiae scriptorum Graecorum quam maxime ad popularem intelligentiam accommodentur. Quod ut efficeretur, modo sententiae explicandae gratia aliquid videbatur addendum esse, modo ubertati Graecae aliquid detrahendum, quo clarior dilucidiorque rerum expositio fieret, modo in singulis vocabulis vertendis liberius agendum, modo universa Graeci exemplaris oratio immutanda. Iudicio adhibito, quantum universe aestimari potest, admodum prudenti et sincero, quaecunque difficiliora intellectu et duriora visa erant, molliebantur, pluribus circumibantur verbis, quae dilui non potuerant, et si salvo sententiarum nexu licebat, omnino opprimebantur. Quae nimis breviter et abrupte a scriptore Graeco propositae esse videbantur, sententiae explanatius et uberius enarrabantur. Orationis luminibus, quibus quodque exemplum Graecum distinctum erat, et ornamentis verborum maximus ab interprete delectus adhibebatur. Denique non puritati solum, sed etiam elegantiae et gratiae Syriacae orationis consulebatur.

Atque longe quidem lenissimum mutationis genus est id, quod versatur circa singula vocabula vel brevissimas verborum complexiones liberius exprimenda. Huc pertinent loci Arist. de mund. A. S. 135, 4 s., 11, 17, 20, 25, 28; 136, 11, 17; 137, 2, 7, 11 s., 12 s., 23, 28; 138, 5, 10, 12, 14, 17 s., 19, 21, 22, 25, 27 s.; 139, 12, 19, 20, 29; 140, 4, 6, 9 s., 13, 16, 20, 23; 141, 2, 6, 13, 14, 24, 27; 142, 2 s., 3 s., 5, 7, 13 s., 18, 20, 22, 23, 24, 26, 27; 143, 27, 29; 144, 7 s., 10, 14, 15, 21, 22, 29; 145, 2, 13, 14, 16, 20, 28; 146, 8, 10, 11, 12, 20, 24 s., 26 s.; 147, 1, 3 s., 6, 7, 8, 10, 12, 13, 18, 25, 26; 148, 1, 3 s., 10 s., 11 s., 19, 28; 149, 2, 6, 11, 14, 18, 25; 150, 2, 6, 7, 11, 23, 25; 151, 1, 5 ss., 9; 152, 17; 153, 12, 28; 154, 16, 18, 26 s.; 155, 8, 12, 16, 24; 156, 5, 20; 157, 3 s., 12, 13 s., 22, 29; 158, 11; Isocr. ad Dem. A. S. 168, 17, 22, 23; 169, 7, 12, 14, 15, 21, 23; 170, 2, 3, 4, 5, 12, 15, 25 s., 28, 30; 171, 15, 23; 172, 16, 23; 173, 25, 29; 174, 8, 11, 12, 14, 15, 20, 23 s., 25, 26; 175, 5, 9, 10 s., 22, 25, 27, 28; 176, 12, 14, 23, 25, 26; 177, 2; Luc. de cal. I. S. 1, 3, 4, 5, 8; 2, 4, 6, 9, 12, 22; 3, 2, 7, 13;

4, 9, 9 s., 19, 5, 1, 9, 22, 23, 25 s.; 6, 20, 24; 7, 14 s., 15 s., 19, 25; 8, 2 s., 6, 13, 21; 9, 2, 3, 7, 11, 13, 14 s., 20; 10, 2, 3, 5, 6, 13, 14, 19, 25 s.; 11, 1, 6 s., 7; 12, 3, 4, 8, 10, 12, 14, 19, 24; 13, 7, 17, 19, 23; 14, 2, 3, 6, 8, 14, 22; 15, 4, 6, 11, 16, 17, 20, 22; 16, 2, 7, 11, 15, 16 s.; Themist. de amic. I. S. 48, 4; 49, 3, 6, 8 s., 11, 12, 21 ss; 50, 5, 8, 14 s., 15; 52, 3, 10, 12, 13, 14, 19, 25; 53, 1, 2, 7, 13, 17, 18, 19, 23, 23 s., 24; 54, 2, 4, 8, 12; 55, 2 s., 15, 23; 56, 1, 10, 13, 15, 16, 24; 57, 8, 17; 58, 4, 7, 8, 9, 11, 18; 59, 14; 60, 22; 61, 5, 6 s.; 14, 17 s., 21, 22; 62, 1, 11; 63, 2 s.s., 5, 7, 8 s., 18; 64, 1, 2, 3, 8, 24 s.; 65, 5, 6, 6 s.; Plut. de cohib. ir. A. S. 187, 1, 2 s., 3, 4 s., 5 s., 7 s., 11, 12 s., 15, 16, 21, 23 s., 29 s.; 188, 10, 11, 24, 25; 189, 7, 19, 30; 190, 2, 3, 8 s., 18; 191, 4, 5 s., 11 s., 15, 24; 192, 4, 12, 13, 14, 15, 16, 20, 26, 28; 193, 1 s., 18 s., 27; 194, 30; 195, 2, 10.

Pauca, quae huc spectant, liceat singillatim significare. — Primum in reddendis numeris Graecis nulla est Syri interpretis constantia. Passim pro Graeco singulari pluralis ponitur velut Arist. de mund. A. S. 135, 23; 138, 12; 141, 24; 142, 28; 146, 12, 18; 148, 23; 153, 25, 26; 154, 7, 8, 9; Isocr. ad Dem. A. S. 172, 27; 174, 12; Luc. de cal. I. S. 8, 7, 9; 10, 18; 14, 8; Themist. de amic. 57, 17; 61, 4, 14; 63, 7 s., 20; Plut. de cohib. ir. A. S. 191, 27 aut pro plurali singularis velut Arist. de mund. A. S. 138, 9; 140, 26; 141, 19 s.; 142, 12; 146, 16, 25 s.; 147, 2; 148, 22, 27; 151, 8, 10; 153, 17, 22; 154, 7; Isocr. ad Dem. A. S. 173, 1, 12, 13; 174, 3, 7, 24 s.; 175, 1; Luc. de cal. I. S. 2, 5, 6; 6, 16; 7, 3, 11, 12, 14; 8, 12, 13, 24; 13, 8, 14; 14, 5; 16, 1; Themist. de amic. I. S. 57, 21 s.; 61, 4 ss.; 63, 21; 65, 8; Plut. de cohib. ir. A. S. 194, 19. — Multo rarius fit, ut pro substantivo abstracto, quod in exemplari Graeco erat, concretum Syriacum ponatur velut Arist. de mund. A. S. 149, 12; Isocr. ad Dem. A. S. 170, 8; 173, 22; Themist. de amic. I. S. 48, 6; 50, 20; 52, 16; 53, 25; 62, 14; 63, 11, 13 s.; Plut. de cohib. ir. A. S. 187, 29; 191, 11 et ex adverso abstractum pro concreto velut Isocr. ad Dem. A. S. 173, 19; Themist. de amic. I. S. 54, 25 s. — Porro vocabula Graeca affirmativa passim negationibus exprimuntur velut Arist. de mund. A. S. 143, 20; 144, 2, 14; 150, 10; 155, 15; Isocr. ad Dem. A. S. 169, 17 s.; 173, 28; 175, 24; Luc. de cal. I. S. 8, 25; 15, 21; Themist. de amic. I. S. 52, 9, 15, 21 aut negationes, quaeque negandi vim in se habent, vocabula affirmationibus velut Arist. de mund. A. S. 157, 16; 158, 19; Isocr. ad Dem. A. S. 170, 18; 171, 12; 172, 14 s.; 173, 21; Luc. de cal. I. S. 9, 19; Themist. de amic. I. S. 54, 6; 56, 13; 58, 23; Plut. de cohib. ir. A. S. 189, 10, 13; 194, 28. — Sed haec magis ad elegantiam sermonis augendam spectant. Ut planior dilucidiorque expositio reddatur, saepe, ubi scriptores Graeci res, quas antea accuratius declaraverant, postea solis articulo vel pronominibus vel adiectivis attributivis significabant, in versionibus Syriacis ipsa rerum nomina iterantur. Exempla haec inveni: Arist. de mund. A. S.

135, 2, 17; 137, 29; 138, 1, 18; 139, 1, 4; 140, 5; 141, 17; 142, 4; 148, 16; 149, 19; 154, 2 s., 27; 157, 15; Isocr. ad Dem. A. S. 169, 19; 170, 30 s.; 174, 30; 175, 1, 5 s.; 176, 18; Luc. de cal. I. S. 11, 2; 13, 17; 14, 17; Themist. de amic. I. S. 49, 20; Plut. de cohib. ir. A. S. 189, 30; 190, 1; 192, 10. Perraro e contrario fit, ut vitandae molestae iterationis gratia nominum Graecorum vices pronomina Syriaca expleant velut Arist. de mund. A. S. 150, 8; 157, 18, 20; Luc. de cal. I. S. 13, 10; Themist. de amic. I. S. 50, 23. — Denique ad perspicuitatem orationis augendam multum illud quoque confert, cum scriptores Graeci varient sermonem ita, ut alias alia locutione eandem rem vel sententiam significent, Syrum spreta ea exemplorum Graecorum gratia saepe eam, quam primo usurpavit, significationem retinere. Exempla haec inveni: Arist. de mund. A. S. 152, 15; Isocr. ad Dem. A. S. 171, 5, 13; 172, 11, 21; Luc. de cal. I. S. 8, 3, 23; 13, 9; Themist. de amic. I. S. 49, 18; 50, 20; 56, 22; 58, 7, 19; 61, 18 s.; Plut. de cohib. ir. A. S. 188, 9; 189, 10; 190, 17; 191, 9; 192, 27.

Ut ad eas vertendi licentias transeam, quae sunt circa structuram integrarum sententiarum, incipiendum est ab illis locis congerendis, ubi vel sola nomina vel nomina cum praepositionibus iuncta integris enuntiatis Syriacis circumeuntur sive primis sive rectis et rursus verba vel enuntiata Graeca in nomina Syriaca transeunt sive nuda sive praepositionibus instructa. Prioris, quod significabam, generis exempla obviam sunt Arist. de mund. A. S. 135, 4, 9, 13; 136, 1[439]); 142, 5 s.; 144, 3 s., 9; 145, 6; 147, 4, 30; 148, 3, 10, 14, 24; 154, 15, 21, 25; 157, 7 s.; Isocr. ad Dem. A. S. 168, 6, 27; 169, 29; 170, 7, 26; 171, 28; 172, 6 s.; 173, 20, 21; 174, 2, 14, 19; 176, 6 ss., 17; Luc. de cal. I. S. 2, 18 s., 19, 20; 3, 8, 11 s.; 4, 17, 19; 5, 17; 6, 16 s.; 7, 1 s.; 8, 12 s., 21 s.; 9, 6 s., 21; 10, 11, 12; 11, 8, 10; 12, 6, 8; 16, 6; Themist. de amic. I. S. 48, 5, 10 ss., 15; 49, 7 s., 15; 50, 2, 13, 14, 24; 51, 24; 52, 5, 6, 7, 11 s.; 55, 14, 19, 22; 56, 2, 9 ss., 24; 57, 6 s., 15, 23 s.; 58, 4 s., 6 s., 59, 4, 15 s.; 60, 3 s.; 63, 19, 20; 64, 12 s.; Plut. de cohib. ir. A. S. 187, 11, 22, 24; 189, 11 s., 13; 190, 6, 21; 191, 12 s.; 192, 11 s.; 194, 24. Multo rariora sunt alterius generis exempla, nimirum Arist. de mund. A. S. 135, 9; 140, 7; 144, 19; 147, 23; 155, 10; Isocr. ad Dem. A. S. 169, 9; 170, 1; 174, 4 s.; Luc. de cal. I. S. 1, 10; 8, 17 s.; 10, 7; 11, 2; 15, 6; Themist. de amic. I. S. 48, 4, 7; 49, 10; 56, 21; 61, 25 s.; 64, 1, 4; 65, 1.

De sententiarum deinde, quae et in exemplaribus Graecis et in versionibus Syriacis integrae sunt, structura haec fere videntur monenda esse: Universae structurae ita ab interprete immutantur, ut activae transeant in passivas Arist. de mund. A. S. 139, 9; 140, 25; Isocr. ad Dem. A. S. 168, 3, 20; 169, 7, 21; 170, 24; 172, 4, 9, 16; 174, 13; 175, 4; Luc. de cal. I. S. 1, 2; 4, 6; 6, 8; 9, 11; 14, 4 s.; 16, 16; Themist. de amic. I. S. 49, 7, 23; 51, 8 ss.,

15; 58, 25; 59, 1, 6; 60, 1, 5; 61, 5; 64, 6; Plut. de cohib. ir. A. S. 186, 29; 189, 18; 191, 7 s., passivae in activas Arist. de mund. A. S. 141, 15; 145, 11; 149, 9; Luc. de cal. I. S. 8, 7 s., 9 s.; 11, 3 s.; 12, 17; Themist. de amic. I. S. 55, 4, personales in impersonales Arist. de mund. A. S. 135, 23; Isocr. ad Dem. A. S. 173, 13; Luc. de cal. I. S. 6, 4; 14, 1; Themist. de amic. I. S. 48, 7 s., 13; Plut. de cohib. ir. A. S. 188, 18, impersonales denique in personales Themist. de amic. I. S. 53, 9; Plut. de cohib. ir. A. S. 188, 19 s. — Quae Graece universe prolatae erant, sententiae ab interprete revocantur Isocr. ad Dem. A. S, 176, 22 s.; Plut. de cohib. ir. A. S. 187, 26 ss.; 192, 2 ss. ad scribentis, Isocr. ad Dem. A. S. 171, 3; 176, 3; Themist. de amic. I. S. 59, 1 ad personam eius, cui quisque libellus dicari mittique fingitur. Contra quae accuratius a scriptoribus Graecis significata erant, Syrus universe tantum proponit Luc. de cal. I. S. 2, 6; Themist. de amic. I. S. 53, 14; Plut. de cohib. ir. A. S. 188, 28 ss.; 193, 5 s.; 194, 3, 24 ss. — Sententiae affirmativae negativis redduntur Isocr. A. S. 171, 14 s.; 174, 5; 176, 22; Luc. de cal. I. S. 2, 24; 8, 13; Themist. de amic. I. S. 54, 29 s.; Plut. de cohib. ir. A. S. 192, 11, interrogationibus Luc. de cal. I. S. 6, 5 s.; Plut. de cohib. ir. A. S. 191, 24 s., sententiae negativae affirmativis Isocr. ad Dem. A. S. 169, 25; 174, 24; Luc. de cal. I. S. 13, 3; Themist. de amic. I. S. 49, 19 s.; 50, 12; 64, 5; Plut. de cohib. ir. A. S. 192, 2; 194, 8. Sententiae negativae per interrogationem expressae unum exemplum est Isocr. ad Dem. A. S. 174, 6. Interrogationibus Graecis sententiae affirmativae Syriacae respondent. Luc. de cal. I. S. 16, 10 ss.; Plut. de cohib. ir. A. S. 194, 20 s., 27 s. — Persaepe fit, ut in exemplaribus Graecis atque versionibus Syriacis idem universum quidem structurae genus sit, aliud vero subiectum, quod dicimus, enuntiati. Exempla obviam sunt haec: Arist. de mund. A. S. 138, 18; 139, 23 s.; 145, 25; 149, 3, 28; 150, 2 s.; 152, 10 s.; 156, 15; 157, 2; Isocr. ad Dem. A. S. 169, 2, 4, 16; 170, 14, 24; 171, 19; 172, 18, 19 s.; 173, 4, 8 s., 18, 19, 21; 174, 9, 21; 175, 5 s., 7, 13, 14, 26; 176, 9 s., 20, 25; Luc. de cal. I. S. 3, 15, 22, 24 s.; 4, 11; 7, 4; 8, 5 s.; 10, 8; 15, 12, 15; Themist. de amic. I. S. 50, 8, 12, 20; 51, 22; 52, 6; 53, 11, 17; 55, 2 s.; 56, 7, 20; 57, 9; 59, 25 s.; 60, 16; 62, 2 ss.; 64, 1 s., 7, 20; Plut. de cohib. ir. A. S. 187, 2, 17; 188, 11 s., 15, 27; 190, 3 ss.; 192, 11, 26 s. — Bina enuntiata, quae in exemplari Graeco iuxta posita erant, ab interprete ita exprimuntur, ut alterum ex altero suspendatur Arist. de mund. A. S. 135, 12, 29; 139, 11; 145, 19; 146, 4 s.; 147, 15 ss.; 148, 8; 149, 20; 153, 6; 155, 6, 12; Isocr. ad Dem. A. S. 170, 11; 171, 25 s.; 172, 14; 174, 12 s., 16; Luc. de cal. I. S. 4, 17; 6, 13; 11, 23; 13, 21; Themist. de amic. I. S. 53, 3, 6, 21; 54, 12; 59, 20 ss.; 60, 1 s., 21; 62, 21 s.; 65, 23 s., 10 ss.; Plut. de cohib. ir. A. S. 186, 27 s.; 188, 26. Ex adverso enuntiatum, quod est in exemplari

Graeco ab altero suspensum, ab interprete iuxta illud ponitur Arist. de mund. A. S. 142, 18 s.; 144, 30 s.; 147, 10; 157, 12; Isocr. ad Dem. A. S. 174, 19, 23, 30 s.; Luc. de cal. I. S. 7, 25 s.; 13, 15; Plut. de cohib. ir. A. S. 189, 9 s., 20; 190, 6 ss.; 193, 19. — Bina enuntiata Graeca per comparationem in unum comprehenduntur Isocr. ad Dem. A. S. 169, 27 s.; 171, 17; 172, 3 s.; 173, 26 s.; 175, 16 s.; Plut. de cohib. ir. A. S. 189, 25 s. Rursus comparatio, quae est in exemplari Graeco, binis enuntiatis redditur Themist. de amic. I. S. 57, 2 ss.; Plut. de cohib. ir. A. S. 187, 13 s. — Denique sunt quaedam circa syntaxin, quam Graeci dicunt, duriorum mutationum genera, quae rarius inveniuntur. Ut aliqua exempla accuratius significem, condicionibus Graecis respondent Syriaca enuntiata temporalia, quae a particula ܕ incipiunt, Isocr. ad Dem. A. S. 170, 22 s.; 172, 5; 175, 28; Plut. de cohib. ir. A. S. 189, 27 s., relativum Themist. de amic. I. S. 50, 14, finale ibid. 58, 18, enuntiatis relativis Graecis sententiae Syriacae condicionales Themist. de amic. I. S. 48, 18, temporales Isocr. ad Dem. A. S. 173, 25. Similia obviam sunt Arist. de mund. A. S. 135, 14, 16; 139, 21; 155, 25; Isocr. ad Dem. A. S. 169, 18; 174, 16; 176, 22; Luc. de cal. I. S. 3, 20; 10, 23 s.; 12, 8; 13, 18 s.; Themist. de amic. I. S. 48, 12 s.; Plut. de cohib. ir. A. S. 191, 22 s.

Haec quidem de mutationibus orationis habebam quae paucis dicerem. Transeo ad amplificationes et adiectiones, quas sibi interpres indulsit. Singula vocabula aut paucorum certe verborum complexiones ad augendam planitatem orationis verbis scriptorum Graecorum adduntur Arist. de mund. A. S. 135, 6, 8, 10, 16, 17, 20 s., 21, 30; 136, 5, 9, 21, 24, 26; 137, 1, 8, 9, 19, 20, 21, 24; 138, 1, 3, 4, 8, 9, 10, 11, 15, 16, 17, 24; 139, 1, 3, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 15, 16, 17, 24; 139, 1, 3, 6, 7, 8, 9, 10, 16, 17, 18, 20, 21, 27, 30; 140, 5, 9, 17, 19, 21; 141, 2, 7, 8, 21, 23, 29; 142, 1, 8, 13, 14, 20, 21, 22; 143, 22, 29; 144, 2, 7, 11, 12, 15, 18, 21, 27, 30; 145, 3, 5, 17, 18, 21, 30; 146, 1, 7, 11, 14, 18, 20; 147, 2, 18, 19, 20, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30; 148, 5, 13, 15, 26; 149, 1, 3, 6, 13, 18, 20, 24; 152, 7, 8, 15, 20, 25, 26, 27; 153, 1, 21, 28; 154, 1, 2, 6, 8, 15, 16, 25; 155, 6, 19, 20, 22; 156, 20, 24, 26 s.; Isocr. ad Dem. A. S. 170, 28; 171, 14, 18, 19, 20; 173, 28; 175, 2; 176, 16; Luc. de cal. I. S. 1, 1, 4, 7; 2, 2, 6, 9; 4, 2, 14; 5, 21; 6, 14, 23; 7, 14; 8, 7; 9, 2; 10, 11; 12, 7, 23; 13, 13, 25; 14, 19; 15, 13; 16, 3, 14; Themist. de amic. I. S. 49, 21; 50, 17; 51, 11; 52, 25; 53, 10; 54, 6; 55, 16; 56, 16; 57, 6, 7; 61, 3; 63, 4, 5, 8; 64, 5; 65, 4; Plut. de cohib. ir. A. S. 186, 30; 187, 1; 189, 8, 11, 20, 29 s.; 190, 8; 192, 9; 194, 25, 28; 195, 8. Non nunquam vocabulis a Syro additis universa Graeci exemplaris structura turbatur velut Arist. de mund. A. S. 136, 19; 137, 14; 138, 19; 140, 15, 23 s.; 146, 29, 30 s.; 147, 7, 18, 27; 148, 6, 8, 15, 18; 149, 18; 150, 19; 151, 22, 23; 152, 20 s.; 154, 1, 7; 156, 25; 157, 18, 29;

158, 5; Isocr. ad Dem. A. S. 171, 13; Luc. de cal. I. S. 2, 4, 22, 24; 3, 22, 24; 11, 14; 13, 15; Themist. de amic. I. S. 48, 24; 53, 1, 4; 55, 13; 56, 8; 59, 2; 63, 9; 64, 19; Plut. de cohib. ir. A. S. 189, 23; 191, 8; 193, 7, 8; 195, 7. Uberiora ab interprete additamenta contextui Graecae expositionis inserta sunt Arist. de mund. A. S. 136, 18, 29; 137, 5, 6; 138, 25; 139, 30; 140, 18, 24; 141, 8; 142, 3; 144, 11, 21 s.; 145, 14, 20, 29 s.; 146, 21, 22, 27; 147, 28; 148, 16; 149, 11, 13, 25; 150, 30; 152, 22; 156, 29; 157, 12 s.; Isocr. ad Dem. A. S. 172, 6, 7, 22; 175, 8, 21; Luc. de cal. I. S. 2, 13; 3, 9 s., 19, 21 s.; 4, 17 s.; 7, 17; 9, 18; 10, 25; 11, 11, 12; 12, 13; 14, 9 s., 12, 16; Themist. de amic. I. S. 57, 9; 58, 15; 61, 10, 12, 23; 62, 13; 63, 21, 23 s.; 64, 20, 25; 65, 2 s.; Plut. de cohib. ir. A. S. 190, 24; 191, 4 s., 28; 192, 2, 23; 194, 9 s. — Praeterea amplificatur oratio aut ita, ut singulae voces Graecae binis vel ternis Syriacis circumeantur velut Arist. de mund. A. S. 135, 7; 136, 4; 138, 12, 13, 14; 139, 22 s.; 140, 10 s.; 141, 30; 142, 6, 22; 144, 16, 17; 145, 15; 146, 12 s.; 148, 27; 149, 9, 12; 150, 2, 5, 15; 151, 11 s., 14 s., 27; 153, 22 s.; 154, 6, 8, 12 s., 18, 24; 155, 10; 156, 8; 157, 10; Isocr. ad Dem. A. S. 175, 20; 176, 5, 13; Luc. de cal. I. S. 6, 22; 12, 21; Themist. de amic. I. S. 56, 6 s.; 57, 5; 58, 14; 59, 4 s.; 63, 13, 13 s.; 64, 4; 65, 10 s., aut ita, ut, quae in exemplaribus Graecis singulis enuntiatis comprehensae erant, sententiae a Syro binis exprimantur, quorum verba arte quadam ita vinciuntur, ut paria paribus referantur, velut Arist. de mund. A. S. 142, 2 ss.; 146, 9, 10; 149, 25 s.; 150, 27 ss.; 152, 25 ss.; Isocr. ad Dem. A. S. 170, 11; 173, 26 s.; Luc. de cal. I. S. 2, 25 s.; 6, 3 s.; 9, 12 ss.; 13, 15 s.; 16, 10; Themist. de amic. I. S. 49, 14 s.; 51, 1 s., 6, 19; 53, 11 s.; 60, 2; 62, 16; 63, 11; Plut. de cohib. ir. A. S. 188, 27 s.

Superest, ut de eis locis dicam, ubi aut omnino omisit quaedam interpres aut ubertatem Graecae orationis in angustum coëgit. Omissae sunt singulae voces Arist. de mund. A. S. 135, 20, 26; 140, 17; 145, 26; 146, 2; 148, 3, 15, 30; 149, 30; 150, 12; 152, 21; 154, 14, 29; 155, 5, 11, 15, 17; 156, 19, 28; 158, 15; Isocr. ad Dem. A. S. 167, 27, 28, 29; 168, 1, 20, 22; 169, 6, 27, 30; 172, 14; 173, 8, 15; 174, 15, 30; 175, 1, 17, 26; 176, 4, 10; Luc. de cal. I. S. 1, 4, 7, 10; 2, 1, 8, 15, 16, 25; 3, 5, 10, 14, 15, 17, 20, 24, 25; 4, 2, 16; 5, 6, 7, 16, 24; 6, 9, 14, 16, 21; 7, 16; 8, 12, 19, 21; 9, 2, 4, 5; 10, 1, 2, 4, 6, 9, 14, 15, 22; 11, 17, 25; 12, 3, 19; 13, 1, 5, 7; 14, 3, 8, 15, 16, 21, 22, 23; 15, 2, 16, 18; 16, 12; Themist. I. S. 48, 19; 49, 1, 4, 20; 50, 13, 19; 51, 4, 5, 11, 12, 18; 52, 4, 6, 7, 12, 17, 19, 23; 53, 4, 9, 10, 15, 17, 19, 20; 55, 13; 56, 2, 7, 9, 14, 19, 25; 57, 2, 10, 12, 21; 58, 4, 5; 59, 1, 16, 18; 60, 1, 5, 8, 10; 61, 1; 63, 12; 64, 4; Plut. de cohib. ir. A. S. 186, 27; 187, 14, 20, 27; 188, 10, 15, 17, 26; 189, 6, 20, 24, 25; 190, 6, 19, 25; 192, 4, 12, 24; 193, 3, 6, 29; 194, 19; 195, 9, integrae vero sententiae aut certe non mediocres sententiarum partes

Arist. de mund. A. S. 147, 27; 149, 30 s.; Isocr. ad Dem. A. S. 169, 25; 174, 9; Luc. de cal. I. S. 9, 16; 14, 2, 11; Themist. de amic. I. S. 49, 9 s., 13; 50, 9; 52, 10; 53, 16, 24; 56, 17; 59, 5, 16; 60, 1, 18; Plut. de cohib. ir. A. S. 187, 13; 188, 11; 189, 9; 192, 4. In angustum oratio cogitur aut ita, ut bina sive terna vocabula Graeca singulis Syriacis exprimantur velut Arist. de mund. A. S. 146, 15; 147, 1 s.; 148, 1; 155, 16, 21; 156, 4; Isocr. ad Dem. A. S. 174, 16; Luc. de cal. I. S. 10, 23; 12, 10, 17; Themist. de amic. I. S. 49, 5; 51, 12; 52, 14, 15; 55, 19, 21; 56, 9; 57, 7, 10; 60, 8; 61, 3, 25; 62, 23; 63, 12, 22; 64, 7; 65, 1, 4, 10; Plut. de cohib. ir. A. S. 186, 30; 187, 11, 22, 28; 188, 9; 189, 8, 9, 10, 18, 20, 25, 26, 30; 190, 2, 18; 191, 10, 27; 192, 17; 193, 6; 194, 8, 13; 198, 8, aut ita, ut bina, si dicere fas est, membra orationis Graecae singulis sententiis Syriacis comprehendantur velut Isocr. ad Dem. A. S. 168, 7; 171, 51; 174, 27 s.; 175, 14 s.; 176, 11 ss.; Luc. de cal. I. S. 9, 23 s.; Themist. de amic. I. S. 56, 10; Plut. de cohib. ir. A. S. 187, 16.

Sed hae quidem licentiae, quamvis magnae esse videantur, circa solam orationem versantur. Neque vero desunt loci, in quibus constituendis adeo ad arbitrium interpres egit, ut etiam sententia Graeci exemplaris deflecteretur infringereturque, scilicet Arist. de mund. A. S. 142, 1 s., 12 s., 29 ss.; 144, 23 ss., 26 ss., 145, 2 s., 5; 146, 2 s.; 147, 30 s.; 148, 17, 28 s.; 149, 5, 23; 151, 15 s.; 152, 27; 154, 2; 155, 2, 25; 156, 9 ss., 16 s., 21 ss.; 157, 3, 5; 158, 5 ss., 17 ss.; Isocr. ad Dem. A. S. 168, 4 ss.; 169, 16 s.; 170, 20; 171, 12 s., 22, 29; 172, 4, 5, 8 s., 25; 173, 2 ss., 6, 15 ss., 20 ss., 23 s.[440]); 174, 6 ss., 17 s.; 175, 14 ss.; 176, 3 s.; Luc. de cal. I. S. 4, 20 ss.; 7, 8, 22; 8, 14 s., 16; 9, 7 ss., 22; 10, 9, 19 ss.; 11, 18; 12, 12, 24; 13, 1 ss., 7; 14, 3 s., 20; 15, 19 s.; 16, 5 s., 7 ss., 12 s.; Themist. de amic. I. S. 49, 1 s.; 50, 1; 51, 12 ss., 25 ss.; 52, 7; 53, 5; 54, 9, 12 ss.; 56, 2, 11 s., 16; 59, 5 s., 9, 18 ss.; 60, 6, 10 ss., 13 ss., 23; 61, 1 ss.; 62, 23; 64, 3, 7, 13, 14, 17; 65, 4 s., 7; Plut. de cohib. ir. A. S. 187, 25, 26; 188, 6 s.; 189, 1 ss., 8 s., 20 ss.; 190, 9 ss., 11; 191, 29 s.; 192, 1, 6 ss., 16 s. Ceterum consulto videtur hisce locis paulo longius a Graeco exemplari recessisse interpres, sive quod parum referre putabat, qua fide quaeque sententia redderetur, sive quod eam, quam ipse erat expressurus, sententiae figuram aptiorem ducebat illa, qua scriptor Graecus usus erat. Contra locis Arist. de mund. A. S. 141, 28; 142, 16; 144, 12; 149, 16; 156, 10; Isocr. ad Dem. A. S. 168, 18; 175, 5 s.; Luc. de cal. I. S. 4, 23 s.; 13, 4; Themist. de amic. I. S. 53, 16; Plut. de cohib. ir. A. S. 192, 8 omnino, quae esset sententia Graeci scriptoris, non perspectum est.

Sed multo etiam illis graviora sunt exemplaria Graeca inter et versiones Syriacas discrimina, quae vehementer vereor, ut suo iure adhuc homines docti ad ipsum Sergium retulerint. Res eo gravior est et suspiciosior, quod minime

aequaliter per omnes, de quibus disputatur versiones patet. Neque enim ulla eius generis discrimina versio libri de mundo, paucissima pro rata parte versio orationis Demoniceae, longe plurima versio libelli de ira Plutarchei exhibet. Iisdem fere finibus continentur in interpretationibus Luciani, Themistii, Pseudo-Plutarchi, ut, quid sentiam, etiam de eis versionibus dicam, quarum exempla Graeca quoniam interierunt, res certo explorari non potest. — Verum prolatis exemplis rem illustrem. Primum huc revocandi sunt ii loci, ubi nimia religione factum est, ut, quae ad Graecorum de deis persuasionem spectarent, aut prorsus omitterentur aut immutarentur ita, ut cum Christianorum opinionibus fere convenirent, velut Isocr. ad Dem. A. S. 168, 9; 176, 83; Luc. de cal. I. S. 11, 12, 15, 19; Themist. de amic. I. S. 49, 18; 51, 7; 52, 6; 60, 18; Plut. de cohib. ir. A. S. 188, 21; 191, 7. Atqui Sergium, quem confirmata aetate totum magis studiis, quae a paganorum scientia et litteris penderent, quam controversiis et religionibus sectarum Christianarum deditum fuisse vidimus, merito putemus tantae superstitionis tenebris offusum fuisse, ut vel in nominandis deis veterum haereret? Accedit, ut, quam liberaliter et humane Sergius senserit, e versione libri de mundo dilucide appareat, ubi afferendis eis, quae paganorum opiniones cultusque saperent, minime offendit.[441]) — Idem fere cadit in locos Luc. de cal. I. S. 1, 11; 5, 3, 6; 8, 3; 14, 1; Themist. de amic. I. S. 60, 1; 63, 8, ubi, quae ad res veterum scenicas spectabant, et Luc. de cal. I. S. 8, 18; Plut. de cohib. ir. A. S. 190, 8; 194, 24, ubi, quae ad agonisticas, praetermissa sunt. Quis enim serio sibi persuadeat virum Alexandriae medio fere saeculo quinto litteris imbutum, quae tragoedia esset, quae comoedia, qui παγκρατιάςτης, quae παλαίςτρα, ignoravisse. Quin etiam fuisse aliquam in Sergio doctrinam antiquariam vel ex loco Arist. de mund. A. S. 135, 19 (391 A 21 ed. Bekker) elucet, ubi τὸ Κωρύκιον ἄντρον reddit per ܗܝܟܠܐ ܗܘ ܕܡܬܩܪܐ ܕܩܘܪܘܩܝܘܢ „templum, quod dicitur Corycium", cum sciat specus illud cum rebus sacris veterum coniunctum esse. — Porro Luc. de cal. I. S. 3, 23; 4, 21; Themist. de amic. I. S. 48, 9; Plut. de cohib. ir. A. S. 193, 25 omissa sunt exempla e fabulis Graecorum Themist. de amic. I. S. 55, 11; Plut. de cohib. ir. A. S. 188, 28 s.; 195, 1, e memoria rerum gestarum sumpta, cum eiusdem generis alia multa tantum non ad verbum exprimere Sergius soleret. — Eadem inconstantia est in vertendis poëtarum Graecorum verbis, quae incertus libri de mundo auctor, Themistius, Plutarchus plurima laudant. Alia enim summa fide Syriace expressa sunt, alia aut prorsus omissa aut ita cum contextu prosae orationis permixta, ut poëtarum sententias laudari e solis versionibus Syriacis parum perspiceremus. Exempla eius licentiae sunt Themist. de amic. I. S. 48, 19; 49, 11; 52, 2, 5, 11; 54, 22 s.; Plut. de cohib. ir. A. S. 187, 8 s., 17; 188, 6, 10, 14; 189, 14, 19; 190, 3, 18; 193, 25. — Denique Luc. de cal. I. S. 9, 18; Themist. de amic. I. S.

49, 11; 50, 3; 53, 12; 60, 19; Plut. de cohib. ir. A. S. 188, 22, 24, 25; 189, 1, 8, 9, 10, 13 ss.; 192, 28; 193, 18; 194, 19, 24; 195, 6 ipsae quidem poëtarum philosophorumve sententiae vel narratiunculae disputationibus insertae fide non mediocri transferuntur, sed tacentur nomina a scriptoribus Graecis laudata. Id quod per se facile ita poterat explicari, ut statueremus Sergium ea, quae neque afferri multum interesset, neque populares cognita haberent, nomina propria omisisse. Verum unde id factum esse putemus, ut eadem nomina modo retinerentur modo silentio praetermitterentur, ut interdum omitterentur etiam nomina clarissima, quaeque Sergius dubitare non poterat, quin eis, quorum usui versiones suas destinaret, adprime cognita essent velut Socratis[442]), Hippocratis[443]), Ptolemaei[444]), servarentur velut Ctesiphontis pancratiastae[445])? Sed ut istas rationes dimittam, nobis persuadeamus archiatrum Romanum, Galeni interpretem illum elegantissimum eo adduci potuisse, ut Hippocratis, eum, quem Alexandria, quem frequentissima lectio Aristotelis docuisset, ut Socratis nomen praeteriret, aut tam rudem et rusticum nobis informemus virum, qui omnes fere, quae sua aetate florerent, disciplinas litteris complecteretur, ut veri simile videatur ab eo Minervam virum factam esse tibiis canentem[446])? — Denique ut haec argumenta lubrica sint omnia, quaeque parum liceat in universum iudicari, versio libelli de cohibenda ira ita, ut ad nostram usque aetatem servata est, ab interprete Resaïnensi non potest condita esse. Retractatio potius videtur esse Syriaco sermone instituta quam translatio exemplaris Graeci. Adeo multa aut plane omissa sunt[447]) aut perquam libere et indiligenter translata[448]), ut tantum in transcursu moneam dialogum Graeci exempli perpetua oratione expressum esse. Atqui, si eos locos spectamus, qui accuratius cum exemplo Graeco conveniunt, versio et scribendi genere et arte interpretandi adeo cum ceteris, quae sine interpretis nomine servatae sunt, conspirat, ut ab eodem omnes profectas esse interprete dubitari non possit. Eo igitur res redit, ut aut negandum sit versiones illas Sergii esse Resaïnensis aut statuendum graviora illa discrimina recentioris retractationis vestigia esse. Sergii versiones esse quominus negemus, mirus eorum in scribendi vertendique ratione cum versione libri de mundo concentus obstat. Contra esse quaedam in eis interpolationis vestigia iam supra probatum est. Contendo igitur versiones Isocratis, Luciani, Themistii, Plutarchi, quae adhuc in lucem editae sunt, a Sergio Resaïnensi conditas quidem esse, sed non integras servatas, verum aliam ab alio monacho Syro retractatam. Quam coniecturam si exemplis confirmare oportuerit, quibus demonstretur eiusmodi retractationes ab universa condicione litterarum Syriacarum non esse alienas, duo exempla proferam, ea quidem celeberrima Ḥonaini, a quo vidimus ipsius Sergii versiones Galeneas retractatas esse, et Iacobi Edesseni, quem constat anno 675 hymnos ecclesiasticos a sancto Paulo episcopo Edesseno e Graeco sermone

in Syriacum conversos collatis exemplaribus Graecis emendavisse et distinctis discolori atramento, quae ad verbum e lingua Graeca translata essent, quaeque ab interprete Syro addita, adiectaque inter singulas lineas adnotatione critica denuo edidisse.[449]) Illud sane, quod Ḥonainus et Iacobus in retractandis veterum versionibus effecerunt, ne voluerunt quidem efficere monachi illi, qui sex, de quibus disputamus, versiones retractaverunt, neque si voluissent efficere, poterant, cum exempla Graeca manifesto nulla conferrent. Ut retractandi laborem susciperent, potissimum in causa videtur fuisse memoria versionum mature corrupta. Res elucet ex eo, quod et plurimae, quas p. 412 s. enumeravi, interpolationes in corrigendis explicandisve locis corruptis versantur et in versione libelli de cohibenda ira non nullae sententiae sunt ab exemplo Graeco prorsus alienae, quibus interpositis illud retractator videtur egisse, ut lacunosum exemplaris sibi propositi contextum quasi resarciret.[450]) Sed non satis habuerunt recentiores monachi versionibus Sergianis pro virili parte emendatis. Ubi retractandis exemplaribus antiquis manus admoverunt, illud etiam studuerunt efficere, ut sublatis, quae vel religionem laederent vel intellectu essent difficiliora, orationem ad intelligentiam aequalium accomodarent. Quod studium consentaneum est procedente tempore magis invaluisse. Itaque, quo serius quaeque versio retractata est, eo pluribus et insolentioribus scatet immutationibus omissionibusque. Plutarchei autem de ira libelli exemplum Syriacum retractatum ut tam longe ab exemplo Graeco abhorreret, eo quoque factum est, nisi fallor, quod versio, cum extremo loco scripta exstaret, in codice retractatori proposito pessime erat habita. Extremo autem loco eam scriptam fuisse probant capita Graeca XIV—XVI omissa. — Porro ex his patet versiones Plutarcheas non ex eodem codice manu sripto transscriptas esse atque versiones, quae in cod. mus. Brit. 17209 sequuntur, Luciani et Themistii. Neque enim est, quod putemus librarium, qui illum codicem scripsit, ordinem codicis sibi propositi immutavisse. Quodsi non ex eodem codice transscriptae sunt, ne retractatas quidem ab eodem homine esse versiones Plutarchi et Luciani Themistiique probari potest. Tres igitur minimum retractatores internoscendi sunt. Primus non multo post mortem Sergii retractavit versionem orationis Demoniceae, alter versiones Luciani et Themistii, tertius denique eas, quae sub nomine Plutarchi proditae sunt. Postremo enim versiones, quae feruntur, libellorum Plutarcheorum retractatas esse inde apparent, quod perpaucae in illas post retractationem corruptelae irrepserunt. Ita enim illud quoque facile explicari potest, quod, si integrae versiones servatae essent, explicari omnino non poterat, scilicet, quo longius quaeque versio ab exemplo Graeco recederet, eo paucioribus lenioribusque mendis scatere. Denique, si retractatorum manus perpessae sunt versiones, etiam illud facile potuit accidere, ut nomen interpretis interiret.

Haec de retractatione versionum Sergianarum, quae sine interpretis nomine servatae sunt, habebam, quae disputarem. Veniam spero me facile impetraturum esse, quod tam prolixe de hoc loco disserui. Plurimum confert ad auctoritatem Sergii perspiciendam. Apparet enim inde libros Sergianos per saecula VI, VII, VIII in monasteriis Syriacis frequentissime lectitatos esse.[451]) Praeterea maximi momenti res est, in emendandis secundum versiones Sergianas verbis Graecis. Nam patet longe aliam esse aliarum versionum auctoritatem. Plurimum valet ad emendanda verba Graeca versio orationis Demoniceae. Ne Luciani quidem aut Themistii versiones spernendae sunt. Nullius fere pretii est interpretatio Plutarchei de ira libelli.[452])

Caput alterum.

Spices criticae.

1. *Ἰσοκράτους ὁ πρὸς Δημόνικον.* *)

A. S. p. 167 s. s. Isocratis orationes. Recognovit etc. G. E. Benseler. Editio altera curante Friderico Blass. Lipsiae. 1886. Vol. I p. 1 s. s. Ryssel, Über den textkritischen Wert der syrischen Übersetzungen griechischer Klassiker. II. Teil. Leipzig 1881. p. 29 s. s.

Earum scripturarum, quas apographum Sergii ab universa omnium, qui ad nostram usque aetatem servati sunt, codicum Graecorum memoria absonas praebebat, duo sunt genera, ea, quamvis sint certe quidam loci, in quibus iudicandis de quo genere cogitandum sit, dubitare possis, in universum quidem quam maxime inter se diversa. Alterum errorum est aut mendorum, quae iniquitati temporis vel librariorum neglegentiae debebantur, eorum leviusculorum quidem plerumque et, quae mediocri cura possis corrigere. Alterum vero genus est graviorum lectionis varietatum, e quibus apparet, id quod primus Rysselius suspicatus est[453]), Syriace versam esse recensionem orationis Demoniceae antiquam et prorsus diversam ab ea recensione, quem nostri codices Graeci exhibent. Denique interdum paulo magis intricata res est ita, ut antiqua quaedam lectionis varietas, quae a nostrorum libro-

*) Γ = codex Urbinas, Λ = codex Vaticanus, Π = codex Parisinus, L = codex Laurentianus 58, 5 collati a Buermannio, E = codex Ambrosianus, Є = corrector codicis E, Z = codex Scaphusianus collati a Drerupio, S = apographum Sergii.

rum memoria abhorret, in apographo Sergii a neglegenti librario videatur corrupta esse. Tum id agendum est, ut emendata scriptura Sergii, quae genuina alterius recensionis lectio fuerit, coniecturae acumine reperiatur.

Initium disputationis faciam a congerendis prioris, de quo dicebam generis, exemplis. Ac primum quidem sunt quidam loci, ubi apographum Graecum Sergii ita videtur laesum fuisse, ut ne ipse quidem interpres, quae antea scripta erant, omnia legere posset. Duo loci sine controversia ita sunt explicandi, in quibus vertendis satis certam eorum, quae legere sibi videretur, fiduciam se non habuisse ipse Sergius indicavit, cum parum accurate et per miras ambages orationis interpretaretur:

XXI 7 s. s. pro verbis inde ab τῇ ὀργῇ usque ad ὑπομιμνήσκεις Sergius exhibet παραπλησίως ἔχῃς πρὸς ἅπαντας καὶ αἰσχρὸν ὑπολάβῃς τῶν μὲν οἰκετῶν ἄρχειν, ταῖς δ' ἡδοναῖς δουλεύειν extremis verbis liberrime expressis.[454])

XXX 4 s. pro Graecis χαριζομένους et ἀπεχθανομένους Sergius expressit συμβουλεύοντας. Scripturam, quae cum sententia scriptoris vehementissime pugnat, unquam in ullo codice exstitisse nullo pacto mihi persuaserim. Immo cum neutrum participium Graecum tam clare, ut legi posset, scriptum inveniret interpres, illud συμβουλεύοντας e sua coniectura supplevit.[455])

Aliqua cum probabilitate duos locos addere poteram, ubi complura verba, quibus careri nullo pacto potest, in versione Syriaca praetermissa sunt, scilicet

XXXVI 6 verba ἰσχυρότατον μέντοι, quae si sententiam spectamus plane necessaria videntur, cum legibus a regibus latis suprema quaedam lex opponatur in ipso regis arbitrio posita[456]),

XLVI 4 verba καὶ τὰς πλησμονὰς ἀγαπᾶν εὐθύς, quae vel ideo dubitari non debet, quin genuina sint, quod illis omissis accuratissima quaedam et elegantissima responsio orationis deletur.[457])

Sed cum ceteroqui locos tam accurate expresserit Sergius, ut de scriptura sibi proposita dubitavisse minime videretur, magis equidem eo propensus sum, ut verba illa re vera in apographo Sergii perperam omissa fuisse putem.

Neque enim pauca sunt, quae in illo exemplari neglegentia librariorum omissa erant. Exciderat scilicet

VII 3 μόνη quod perfacile ante μέν omitti poterat[458]),

IX 8 τῶν ὑπαρχόντων, quod ut iusta oppositio exsistat, prorsus necessarium est[459]),

XXVI 4 μόνον, quod genuinum esse sequens ἀλλὰ καὶ indicat[460]),

XXVII 5 ἀπόλαυσιν, quo quamvis salva sententia careri possit, genuinum tamen puto esse, quia in sequentibus quoque bonorum possessio et usus inter se opponuntur[461]),

XXXI 1 δυς syllaba vocabuli δυσάρεστος[462]),

XXVIII 6 cπουδαίῳ, quod ideo defendam, quia augetur certe sententia, si ideo divitias servandas esse monetur, quod illis subveniri potest non tam cuivis amico quam optimo cuique et qui auxilio dignissimus sit[463]),

XXXIV 3 ταχίcτην, quod mihi quidem plane necessarium videtur[464]),

XXXIV 8 τοῦ, quod perfacile post ἀλλοτρίου omitti poterat[465]),

XXXVI 3 μᾶλλον, quo sequente comparativo βεβαιοτέραν careri non potest[466]),

XL 3 ἀγαθὸc ἐν, quibus omissis nullum est sententiae acumen[467]),

XLII 2 δυcτυχῶν, quod tam sententia quam concinnitas orationis postulat[468]),

XLIII 3 ἐν τῷ ζῆν, quod necessarium est, cum manifesto τῇ τοῦ βίου τελευτῇ opponatur ἡ ἐν τῷ ζῆν ἀδοξία[469]),

XLIX 2 μόνον, quod servari respondens τῷ βίῳ παντὶ suadet[470]),

XLIX 3 βίῳ, quo careri opposito τῷ λόγῳ non potest.[471])

Deniquė huc revocandus est etiam locus

XLII 7 s. lbb. Grr. ἔχοντα περιπατεῖν S ἔχειν, ubi scriptura Syri nata est omissis syllabis οντα περιπατ.[472])

Quibus locis eos subiungam, ubi scriptura apographi a Sergio adhibiti depravata est, cum librarii oculi ad vocabulum prope positum aberrarent.

VII 1 lbb. Grr. οἷc ἂν. S ἣ ἂν ineptissima scriptura nata ex antecedentibus ἥ δέ[473]),

XX 5 lbb. Grr. βελτίcτοιc S χρηcίμοιc, ubi librarii oculi ad χρῶ quod antecedit aberravisse videntur[474]),

XXVI 6 s. lbb. Grr. φθονοῦcι S δυcχεραίνουcι sine dubio perperam sumptum ex antecedentibus ἐπὶ τοῖc κακοῖc δυcχεραίνονταc[475]),

XLIV 6 lbb. Grr. εἰδήcειc S εὑρήcειc, quod e sequente εὑρήcειc fluxit[476]),

LII 3 lbb. Grr. τὰ βέλτιcτα (χρήcιμα) S πάντα τὰ χρήcιμα sumpto πάντα ex ἐφ᾿ ἅπαντα quod antecedit[477]),

LII 5 lbb. Grr. τὰ χρήcιμα S πάντα τὰ χρήcιμα sumpto πάντα sive ex πανταχόθεν, quod antecedit, sive ex illo, quod modo perperam scripserat librarius, πάντα τὰ χρήcιμα.[478])

Dittographiae deinde, quam proprie nostrates dicunt, duo exempla praebebat apographum Sergii.

XIII 1 lbb. Grr. εὐλαβοῦ S εὖ εὐλαβοῦ.[479])

LI 4 S, cuius scriptura a memoria nostrorum librorum longe abhorret, καὶ τῶν cοφιcτῶν μανθάνειν καὶ εἴ τι χρήcιμον εἰρήκαcιν ἀναγιγνώcκειν καὶ μανθάνειν iterato in fine perperam sine controversia verbo μανθάνειν.[480])

Saepius in apogragho Sergii factum erat, ut, quo nullum fre-

quentius in universum est corruptelarum genus, vocabulum in simile vocabulum transiret.

VII 6 lbb. Grr. ψόγον S ψέγουσα[481]),

IX 7 s. lbb. Grr. ἐπεμελεῖτο S ἐπονεῖτο[482]),

XI 10 lbb. Grr. σπουδαίους S τρόπους[483]),

XXI 8 lbb. Grr. ἁμαρτάνοντας S ἅπαντας[484]),

LI 1 lbb. Grr. παραδείγμασι S πράγμασι.[485])

Denique peccavit librarius codicis S ter collocatione verborum perperam immutata ita, ut teterrimi hiatus efficerentur. Scilicet scripsit

IX 2 καλὸν καὶ οἰκεῖον pro οἰκεῖον καὶ καλόν[486]),

XII 5 συμβουλευμάτων καὶ ἀκουσμάτων pro ἀκουσμάτων καὶ συμβουλευμάτων[487]),

XXI 6 σωφρονήσεις καὶ εὐδοκιμήσεις pro εὐδοκιμήσεις καὶ σωφρονήσεις.[488])

Sed ne interpolationibus quidem carebat apographum Sergii. In duobus sane locis etiam dubitari potest additamenta a Sergio expressa utrum re vera contextui verborum inserta invenerit, an supra verba genuina vel in margine libri scripta ipse primus orationi Graecae admiscuerit.

XV 4 lbb. Grr. πρὸς τὴν ὑγιείαν S πρὸς τὴν εὐεξίαν καὶ ὑγιείαν, quod recte habere non potest, quia utroque substantivo servato durissimus hiatus efficitur[489]),

XVIII 8 lbb. Grr. ῥᾳδίως S ῥᾳδίως καὶ εὐχερῶς (εὐμαρῶς), ubi alterum adverbium spurium esse eadem, quo modo usus sum, ratione demonstratur. Neque enim, utut illud collocaveris, teterrimi hiatus durities evitari potest.[490])

Quibus oppositi sunt quatuor loci, in quibus iudicandis summa cum probabilitate affirmare licet Sergium additamenta iam in contextu sui codicis repperisse.

XX 8 lbb. Grr. πλησμονὴ γὰρ ἁπάντων S πλησμονὴ γὰρ ἁπάντων ἄφρων, ubi quamvis dubitari possit, num dittographia quadam ex ἁπάντων natum sit, malim ἄφρων versionis Syriacae pro additamento interpretis alicuius vel librarii habere, qui, quae esset πλησμονή, parum perspexerit, eo quidem satis inepto. Neque enim πλησμονή abundantia quaedam est, quae possit stolida aut molesta dici, sed satietas fastidiumque, quod abundantia procreatur.[491])

XXIV 1 lbb. Grr. μηδένα φίλον ποιοῦ S μηδένα ταχέως φίλον ποιοῦ, ubi ταχέως adverbium nemo non videt interpretationem esse languidam verborum sequentium πρὶν ἂν ἐξετάσῃς πῶς κέχρηται τοῖς πρότερον φίλοις. Quibus additis superfluum erat aut potius molestum.[492])

XXVIII 6 lbb. Grr. χρημάτων S χρημάτων ἀδίκων, ubi ἀδίκων ad universum nexum sententiarum minime quadrat. Neque enim id volebat scriptor orationis significare iniustas quidem divitias non nisi vivis, iustas vero etiam mortuis usui esse.[493])

XLIV 3 lbb. Grr. ἐμὲ S ἐμὲ νέον ὄντα, ubi νέον ὄντα additamentum est, quod artissime cohaeret cum antiqua, quam hoc loco apographum Sergii exhibebat, varietate lectionis διήμαρτεν (lbb. Grr. διέλαθεν), quam parum librarius, qui verba addidit, perspexit.[494])

Denique huc pertinet locus omnium, qui prius scripturarum genus efficiunt, intricatissimus.

XXXVIII 6 lbb. Grr. δικαιοσύνης S δόξας. — Alteram hic scripturam directo ex altera factam esse vereor, ut quisquam sibi persuadeat. Immo δικαιοσύνης videtur in eo codice, unde apographum Sergii transscriptum est, adeo depravatum exstitisse, ut, quid significaretur, parum pateret, δόξας a librario, qui in vocabulo corrupto haereret, coniectura restitutum esse.[495])

Antequam ad alterum genus scripturarum, quae novae e versione Syriaca innotescunt, transeam, necesse est eos locos componere, qui ad utrum genus revocandi sint, merito potest dubitari. Passim enim in apographo Sergii praetermissa erant, quae per se neque molesta sunt neque, ut sententia salva sit, necessaria, nimirum

V 1 ἀλλὰ παραίνεσιν γράψαντες[496]),

V 7 γνησίως[497]),

VI 1 s. κάλλος μὲν γὰρ ἢ χρόνος ἀνήλωσεν ἢ νόσος ἐμάρανεν[498]),

IX 3 ὑπ᾿ ἐμοῦ σοι, quae merito ab apographo Sergii aliena fuisse aliquis suspicari possit collato loco Antid. 74, ubi in codicibus ΓΔ est τῶν πάλαι γεγραμμένων et in margine utriusque libri τῶν ὑπ᾿ ἐμοῦ πάλαι γεγραμμένων[499]),

XII 5 πολλῶν καί[500]),

XXI 4 πάντων[501]),

XXIV 6 μήτε μετὰ βλάβης πειρῶ τῶν φίλων μήτ᾿ ἄπειρος εἶναι τῶν ἑταίρων θέλε. τοῦτο δὲ ποιήσεις, ἐὰν μὴ δεόμενος τὸ δεῖσθαι προσποιῇ[502]),

XXVII 8 καλόν[503]),

XXXI 3 s. μηδ᾿ ἂν ἀδίκως ὀργιζόμενοι τυγχάνωσιν[504]),

XXXI 10 s. βαρὺ γάρ[505]),

XXXI 11 παροξυντικὸν γάρ[506]),

XXXII 1 s. μάλιστα μέν[507]),

XXXIII 5 s. πολλάκις γὰρ ὧν τοῖς λόγοις ἐλύπησαν, τούτων τοῖς ἔργοις τὴν τιμωρίαν ἔδοσαν[508]),

XXXIV 1 βουλευόμενος[509]),

XLI 5 μόνοις[510]),

XLIV 3 διὰ τῆς αὐτῆς πραγματείας ἅμα[511]),

XLIX 7 καὶ φίλους.[512])

Sed ego quidem multo magis eo inclinor, ut ad earum genus scripturarum, quae ad diversam apographi Sergiani memoriam spectant, hos locos referam. Neque enim pauca ab ea recensione orationis, quam apographum illud exhibebat, antiquitus

aliena fuisse, quae in codicibus Graecis servatis leguntur, vel eo apparet, quod quatuordecim locis, quae in codicibus contra auctoritatem versionis Syriacae feruntur, si accurate spectamus, videntur esse suspecta. Ac primum quidem

XIV 4 s. om. S τούτου δ' ἐπιτύχοις εἰ λήγοις τῶν πόνων ἔτι πονεῖν δυνάμενος, quae manifesto cum sententia loci pugnant. Neque enim prioribus illis, ad quae τούτου necessario referendum est, id agebat scriptor, ut, ne iusto diutius labori et exercitationi incumberetur, moneret, verum ut, quae omnino exercitationes eligendae essent, exponeret. Qui vero praeciso laboris tempore in eligendo optimo, quodque μάλιστα πρὸς τὴν ὑγιείαν sit, genere exercitationum maxime proficiatur, equidem parum perspicio.[513])

Bis aliqua sermonis scabrities inest in verbis a versione Syriaca alienis.

XXV 4 s. om. S καὶ τῆς ἐν τοῖς κινδύνοις κοινωνίας, ubi in codicibus Graecis parum eleganter inter se iunguntur ἀτυχία, qui est vitae quidem status eius, cui amici probandi sunt, et κοινωνία, quae tota a voluntatibus amicorum pendet.[514])

XLVI 6 om. S αὑτοῦ pronomen reflexivum, quod aliquam certe duritiem in se habet, cum nullum sit, ad quod referatur, subiectum.[515])

Bis verborum ab apographo Sergii alienorum locus nullus erat in ea, quam apographum exhibebat, scriptura diversa a memoria codicum, qui aetatem tulerunt, scilicet

LI 3 vocabulorum τὰ βέλτιστα[516]),

LI 4 vocis ἄλλων.[517])

Bis interpretamentum sapiunt verba in versione Syriaca praetermissa, nimirum

XXIV 3 s. verba οἷος καὶ περὶ ἐκείνους γέγονε, quae addi poterant ab interpolatore, qui illud τοιοῦτος nudum positum parum intellexisset[518]),

XXXIV 4 s. verba ἡγοῦ κράτιστον εἶναι παρὰ μὲν τῶν θεῶν εὐτυχίαν, παρὰ δ' ἡμῶν αὐτῶν εὐβουλίαν, quae cum nexu sententiarum parum arte cohaerent neque videntur nisi εὐβουλίας commemoratae gratia addita esse.[519])

Quinquies magis concinna mihi videtur apographi Sergiani oratio et magis responsionis accuratae studio, quod tam in Isocrate quam in auctore orationis Demoniceae conspicuum est, congruens quam codicum nostrorum, omissis scilicet

XII 10 ἄλλοις[520]),

XVIII 8 μανθάνειν[521]),

XXX 3 πιστευθέντες[522]),

XXX 5 ἐν τῷ βίῳ[523]),

XL 2 σαυτοῦ.[524])

Quod XVII 5 s. S omittebat verba εἰ φαίνοιο, scriptura Syri quam maxime comprabatur collato loco XXXI 1 ὁμιλητικὸς δ' ἔσει μὴ δύσερις ὢν, ubi sive nostrorum codicum sive codicis a Sergio

adhibiti scripturam sequimur, in nexu sententiarum sermonisque persimili solum participium positum est[525]), quod autem omittebat XII 2 ἐπὶ τοὺς ἀνταγωνιστάς, collato Isocratis loco, quem scriptor orationis Demoniceae imitatus esse videtur, scilicet Nicocl. 11 οὐδενὶ τῶν ἀσκητῶν οὕτω προσήκει τὸ σῶμα γυμνάζειν ὡς τοῖς βασιλεύουσι τὴν ψυχὴν τὴν αὑτῶν, ubi non est, quod vocabulis ab apographo Sergiano praetermissis respondeat.[526])

Neque vero, quamvis egregias praebeant scripturas apographi Sergiani, ad confirmandam, quam de duplici recensione orationis Demoniceae Rysselium secutus proposui, coniecturam loci isti multum conferunt. Nam potest per se fingi, ut plurima eorum, de quibus primo monebam, perperam in apographo Sergiano omissa essent, ita ea, quae aliqua ex parte suspecta sunt, manu interpolatoris in archetypum nostrorum codicum inducta esse.

Haud minus anceps res est in iudicandis iis locis, ubi plura S quam nostri codices videtur exhibuisse. Ibi enim facile aliquis sibi persuaserit vocabula in S addita in archetypo nostrorum codicum neglegentia librarii esse omissa, praesertim cum per se scripturae versionis Syriacae, quae ad hoc genus pertinent, maximam partem mirum quantum commendentur. Primum enim septiens vocabulis in apographo Sergii additis paria vocabulorum efficiuntur non solum aptissima nexui sententiarum sed etiam, quae aperte ad imitationem quandam Isocratis spectent:

VI 5 lbb. Grr. φρονήσεως S φρονήσεως καὶ διανοίας[527]),

XII 5 lbb. Grr. συμβουλευμάτων S ἀκουσμάτων καὶ συμβουλευμάτων (συμβουλευμάτων καὶ ἀκουσμάτων. conf. p. 441).[528]) conf. Isocr. ad Nicocl. 49 τοῦ μὲν νουθετεῖν καὶ συμβουλεύειν; Nicocl. 13 τοῖς ὑπ' ἐμοῦ συμβουλευθεῖσι καὶ προσταχθεῖσι; ibid. 47 συμβουλεύσω καὶ προστάξω; Euag. 77 παρακαλῶ καὶ συμβουλεύω; Antid. 95 σύμβουλον εἶναί με καὶ διδάσκαλον; ibid. 104 συμβούλοις εἶναι καὶ διδασκάλοις; ibid. 207 εἰρηκέναι καὶ συμβεβουλευκέναι; Panathen. 143 συμβούλους καὶ προστάτας; 151 προστάταις καὶ συμβούλοις; 264 συναπεφαίνοντο καὶ συνεβούλευον; Philipp. 55 ὅτι ἂν σὺ κελεύῃς καὶ συμβουλεύῃς.

XV 4 s. lbb. Grr. σύννουν S πρᾶον καὶ σύννουν, quae optime opponuntur τῷ σκυθρωπῷ. conf. Isocr. Panathen. 121 φρονιμώτατοι καὶ πραότατοι.[529])

XXI 6 lbb. Grr. εὐδοκιμήσεις S εὐδοκιμήσεις καὶ σωφρονήσεις (σωφρονήσεις καὶ εὐδοκιμήσεις conf. p. 441). conf. σωφρονεῖν verbum ab Isocrate usurpatum Nicocl. 47; Panathen. 14.[530])

XXI 7 lbb. Grr. εὐπορήσεις S εὐπορήσεις καὶ πλεονεκτήσεις. conf. πλεονεκτεῖν verbum adhibitum in oratione Demonicea XXXIX 4 et ab Isocrate exempli gratia Euag. 11.[531])

XXII 3 lbb. Grr. τρόπον S τρόπον καὶ λόγον, quam scripturam commendant cum nexus sententiarum, quae totae sunt de sermone magis quam de moribus, tum duo Isocratis loci, quos scriptor

Demoniceae orationis respexisse videtur, Nicocl. 22 ὥστε πιστοτέρους εἶναι τοὺς σοὺς λόγους ἢ τοὺς τῶν ἄλλων ὅρκους; Paneg. 81 πιστοτέροις τοῖς λόγοις ἢ νῦν τοῖς ὅρκοις χρώμενοι[532]),

XLV 8 lbb. Grr. παιδείαν S μάθησιν καὶ παιδείαν. conf. Isocr. Antid. 10 ἐπὶ τὰ μαθήματα καὶ τὴν παιδείαν.[533])

Isocratis imitationem quandam in se habent scripturae apographi Sergiani etiam locis XI 6 et XXX 3.

XI 6 lbb. Grr. ὥσπερ πρὸς παράδειγμα S ὥσπερ πρὸς παράδειγμα βλέπων. conf. Isocr. Panathen. 188 βλέπουσι γὰρ εἰς οὐδὲν ἄλλο ἤ; ibid. 217 ταῦτα δ' εἶπον οὐ πρὸς τὴν δικαιοσύνην οὐδὲ πρὸς τὴν φρόνησιν ἀποβλέψας; de Pace 18 πρὸς ταύτην τὴν ὑπόθεσιν ἀποβλέψαντες; ibid. 142 πρὸς ὃ χρὴ βλέποντας τὰς πράξεις τὰς τῆς πόλεως δοκιμάζειν; Philipp. 134 οὐ πρὸς τὰς τούτων κτήσεις ἀποβλέψας; Antid. 292 οὐ πρὸς τὸ βέλτιστον ἀποβλέπουσιν.[534])

XXX 3 lbb. Grr. ἀμφότεροι γὰρ S ἀμφότεροι γὰρ ὁμοίως. conf. Isocr. Paneg. 91 ὁμοίως ἐν τοῖς ναυτικοῖς κινδύνοις ὥσπερ ἐν τοῖς πεζοῖς; Helen. 58 τούτους εἰς τὸν ἐπίλοιπον χρόνον ὁμοίως τιμῶμεν ὥσπερ τοὺς ὅλην τὴν πόλιν ἀγαθόν τι ποιήσαντας.[535])

Restant qui huc pertineant loci octo.

V 1 lbb. Grr. διόπερ S διόπερ καὶ[536]),

XVI 4 lbb. Grr. πείθου S πείθου. τῶν δὲ σοφῶν (σοφιστῶν) ἄκουε καὶ μαθητὴς γίγνου[537]),

XXX 1 post ὁμιλητικὸς δ' ἔσει transpositis iis, quae in libris Graecis leguntur inde a μὴ δύσερις usque ad ἁπάντων, et omissis prorsus verbis μηδ' ἂν ἀδίκως ὀργιζόμενοι τυγχάνωσιν S habet: μὴ θερμαινόμενος ὀργιζομένων τῶν φίλων. conf. Aristoph. Ran. v. 845.[538])

XXXI 9 lbb. Grr. ποιοῦντες μέν, ἀηδῶς δὲ τοῖς φίλοις ὑπουργοῦντες S ποιοῦντες μὲν μηδὲν δέον, ἀηδῶς δὲ δεομένοις τοῖς φίλοις ὑπουργοῦντες. conf. Xenoph. Cyrop. IV 663; Herod. III 65; Lucian. Prom. 6; de imagin. 13.[539])

XXXIII 4 lbb. Grr. κερδαίνοντες S κερδαίνοντες οἱ πολλοί[540]),

XLII 7 lbb. Grr. τὴν δὲ διάνοιαν φανερὰν S τὴν δὲ διάνοιαν πᾶσι φανερὰν[541]),

XLVII 5 lbb. Grr. τῶν περὶ τὸν βίον S τῶν περὶ τὸν βίον καλῶν[542]),

LI 4 lbb. Grr. σοφιστῶν S σοφιστῶν μανθάνειν καὶ.[543])

Multo his gravius est ad confirmandam de duplici recensione orationis opinionem collocationem non solum singulorum vocabulorum sed etiam integrarum sententiarum in apographo Sergiano diversissimam exstitisse ab ea, quae in nostris codicibus est, collocatione. Exempla quatuor habeo, quae proponam, graviora ea quidem multo quam plura.

XV 7 lbb. Grr. αἰσχύνην, δικαιοσύνην, σωφροσύνην S αἰσχύνην, σωφροσύνην, δικαιοσύνην[544]),

XXXI 1 s. verba μὴ δύσερις ὢν μηδὲ δυσάρεστος (ἄρεστος.

conf. p. 439) μηδὲ δύσκολος (sic S. conf. p. 447) μηδὲ πρὸς τὰς ὀργὰς ταχέως ἀπαντῶν S habebat post verba γίγνου πρὸς τοὺς πλησιάζοντας ὁμιλητικός (XXX 6 s.)[545]),

XLII 3 s. verba χαῖρε μὲν ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσι τῶν ἀγαθῶν, λυποῦ δὲ μετρίως ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις τῶν κακῶν S habebat initio paragraphi post ἄμεινον σιγᾶν ἢ λέγειν[546]),

LI 3 s. μανθάνεἰν, quod in nostris codicibus post τὰ βέλτιστα est, S omissis prorsus vocibus τὰ βέλτιστα habebat post σοφιστῶν, id quod supra iam monui. Totus igitur locus in S ita habebat: καὶ τῶν σοφιστῶν μανθάνειν καὶ εἴ τι χρήσιμον εἰρήκασιν ἀναγιγνώσκειν.[547])

Sed, ut cogitari possit omnibus, quos adhuc afferebam, locis aut nostrorum librorum scripturam e scriptura apographi Sergiani fluxisse aut hanc ex ea, quam nostri codices servant, memoria, de iis, quae etiam restant, varietatibus scripturae ita iudicari prorsus nequit. Neque enim ulla unquam arte ita poterunt explicari, ut alteras ex alteris omissione aut interpolatione aut calami errore factas esse statuamus.

Primum interdum, id quod exempli gratia saepissime inter duas codicum Aeschineorum familias intercedit discrimen, accidit, ut alterum vocabulum synonymum exstiterit in apographo Sergiano, alterum in eis, qui servati sunt, codicibus Graecis scriptum sit.

XXVI 3 lbb. Grr. τῶν ἑταίρων S τῶν φίλων[548]),
XXVIII 4 lbb. Grr. τίμα S ἀγάπα[549]),
XVII 4 lbb. Grr. ποιεῖν S πράττειν[550]),
XXIV 2 lbb. Grr. ἔλπιζε S ἡγοῦ[551]),
XXXIII 7 lbb. Grr. ἀγαθόν S καλόν[552]),
XLIII 8 lbb. Grr. καλῶς S ἀνδρωδῶς[553]),
XLV 6 lbb. Grr. πλησιάζοντας S χρωμένους.[554])

Deinde passim multo etiam gravius a memoria codicum Graecorum scripturae a Sergio expressae discrepant, ita ut aut universum scribendi genus aut adeo ipsa sententia variet.

III 4 lbb. Gr. ἐπιχειρῶ S δύναμαι[555]),

IV 6 lbb. Grr. ἐπὶ λόγον S ἐπὶ λόγοις. conf. Isocr. Paneg. 130 χρὴ δὲ κατηγορεῖν μὲν ἡγεῖσθαι τοὺς ἐπὶ βλάβῃ λοιδοροῦντας, νουθετεῖν δὲ τοὺς ἐπ᾽ ὠφελίᾳ τοῦτο ποιοῦντας; Plato Protag. 312b ἐπὶ τέχνῃ μανθάνειν; Xenoph. Conviv. 1 § 5 ἀργύριον δέδωκας ἐπὶ σοφίᾳ[556]),

VI 7 lbb. Grr. ταῖς δὲ τῆς ψυχῆς ἐπιμελείαις S τοῖς δὲ τῆς διανοίας ὀφθαλμοῖς[557]),

XII 6 lbb. Grr. τοῖς συμμέτροις πόνοις S τοῖς πόνοις καὶ τοῖς γυμνασίοις. conf. Isocr. Nicocl. 13 διὰ γὰρ τούτων τῶν γυμνασίων τάχιστ᾽ ἂν γένοιο τοιοῦτος, οἷον ὑπεθέμεθα δεῖν γενέσθαι τὸν ὀρθῶς βασιλεύοντα[558]),

XIII 2 lbb. Grr. τοῖς ὅρκοις ἐμμένων S τοὺς ὅρκους μὴ παραβαίνων[559]),

XIII 6 lbb. Grr. τοῖς θεοῖς θύειν S τοὺς θεοὺς φοβεῖσθαι[560]),

XXI 4 s. lbb. Grr. κέρδους, ὀργῆς, ἡδονῆς, λύπης S μέθης, ἀδηφαγίας, ἡδονῆς, ἀπάτης, ψεύδους καὶ τῶν τοιούτων[561]),

XXIII 2 s. lbb. Grr. ἐκ μεγάλων κινδύνων S ἐξ ἀνάγκης. conf. Isocr. Paneg. 84 καὶ γὰρ ἐκείνων τὰ μὲν σώματα ταῖς τῆς φύσεως ἀνάγκαις ἀπέδοσαν; Archid. 55 ὥσπερ τοὺς εἰς τὰς δεινοτάτας ἀνάγκας ἀφιγμένους[562]),

XXXIII 3 lbb. Grr. ἀπολαύειν S καλῶς οἰκονομεῖν[563]),

XXIX 1 lbb. Grr. στέργε μὲν τὰ παρόντα, ζητεῖ δὲ τὰ βέλτιστα S στέργε μὲν τὰ παρόντα, τῶν δὲ μελλόντων μὴ λογίζου[564]),

XXX 3 lbb. Grr. τοὺς πιστεύσαντας S τοὺς πιστεύοντας[565]),

XXXI 2 πρὸς πάντα φιλόνεικος (φιλόνικος) S δύσκολος[566]),

XXXII 9 lbb. Grr. τῷ συμμέτρως τῶν ὑπαρχόντων ἀπολαύειν S τῷ τοῖς συμφέρουσι χρᾶσθαι[567]),

XXXIII 8 lbb. Grr. ἀπαγγέλλοντας S ἀπαντῶντας[568]),

XLIV 3 lbb. Grr. διέλαθεν S διήμαρτεν[569]),

XLIV 4 lbb. Grr. σιτίων S φαρμάκων[570]),

XLVI 5 lbb. Grr. ἀρετὴν S παιδείαν καὶ δικαιοσύνην[571]),

XLVII 6 lbb. Grr. ἀποβαινόντων S ἀποβησομένων.[572])

Haec si quis attente perlegerit, non dubitabit, opinor, quin re vera Sergius Syriace verterit recensionem orationis Demoniceae satis diversam ab ea, quam nostri codices Graeci exhibent. Iam inquirendum est, usque ad quam fere aetatem utramque recensionem persequi liceat. Versionem orationis Demoniceae omnium, quae sine interpretis nomine servatae sunt, versionum Sergianarum antiquissimam esse vidimus. Condita videtur esse exeunte fere saeculo quinto. Atqui apographum S non nihil versione Syriaca erat vetustius. Siquidem quaedam in eo Sergii temporibus aut plane oblitterata aut ita certe corrupta erant, ut, quae fuisset antiqua scriptura, iam non clare perspici posset. Sed cum librarius codicis S quaedam perperam in contextum verborum videatur intulisse, quae in exemplo suo sive in margine sive supra verba scripta essent, semel invenerit locum corruptissimum, quem corrigeret, ipsa recensio orationis a memoria nostrorum codicum diversa, ut ad quam manifesto verba XLIV 3 a librario interposita spectent, multo etiam eam, qua codex S scriptus est, aetatem superat. Quodsi suspicari licet exemplum illud Sergianum scriptum esse saeculo quarto exeunte aut ineunte quinto, pro certo affirmari potest iam saeculo tertio exeunte circumlatam esse eam orationis recensionem, quam Sergius Resaïnensis Syriace expressit. Neque vero ultra saeculum post Christum natum primum exiens persequi possumus alteram recensionem. Nam verba paragraphi XI πιστευθέντες γὰρ ἀμφότεροι τοὺς πιστεύσαντας ἀδικοῦσιν, quibus opposita est scriptura Sergiana ἀμφότεροι

γὰρ τοὺς πιστεύοντας ἀδικοῦσιν, iam ab Anaximene, Zoili et Diogenis discipulo, aequali Alexandri magni ex oratione Demonicea transscripta esse ipse, qui antea confidenter affirmaverat, Blassius suo iure in dubium vocavit.[573]) Contra Hermogenes περὶ μεθόδου δεινότητος cap. XXXI laudat paragraphi tricesimi primi recensionem a memoria versionis Syriacae diversam eam, quae est in codicibus servatis omnibus. Apparet igitur recensionem orationis illam, quam codices Graeci servaverunt, iam lectitasse aequales Marci Aurelii Caesaris. Itaque illud certe Rysselio, qui non nisi servatorum codicum aetatem respexit, concedi non potest recensionem versione Syriaca expressam Graecam aetate multo superare (II 44). Neque igitur recensionem Graecam e Syriaca fluxisse ulla unquam arte comprobari poterit. Verum ne recensionem quidem a Sergio expressam ex memoria nostrorum codicum ductam esse mihi persuaserim. Primum enim non pauca intercedunt discrimina scripturae ita comparata, ut scriptura codicis S e memoria servatorum codicum duci nequeat. Deinde Sergiana recensio non nunquam multo propius ad normam dictionis Isocrateae accedit, quam Graeca. Neque vero illud, quamvis ipsius Isocratis oratio Demonicea procul dubio non sit, nullius plane momenti est. Nam imitatus est sine controversia scriptor Isocratis artem et sermonem. Itaque mihi quidem videtur dubitari non posse, quin antiquitus duae fuerint orationis recensiones, ea, quae nostris libris proditur, et ea, quae a Sergio Resaïnensi in linguam Syriacam conversa est.

Quodsi non ita res explicanda est, ut alteram ex altera recensionem manavisse statuamus, iis, quae secus ab omnium codicum Graecorum memoria versio Syriaca praebet, non nisi cautissime in emendandis verbis Graecis utendum est aut adeo omnino non est utendum. Non altera alteri recensio praeferenda est, sed tantum sciendum duplicem esse orationis recensionem, quasque utraque exhibeat scripturas, indicandum. Afferat aliquis locos illos, ubi ipse aut sententia sripturas Sergianas praestare dixi aut eo, quod in se haberent, aliquam Isocrateae dictionis imitationem, ut probet esse quasdam scripturas, quae olim in utraque recensione traditae sed in archetypo nostrorum codicum corruptae, in solo apographo Sergii servatae fuerint sintque ex versione Syriaca restituendae. — Est sane veri aliquid in eo argumento. Neque enim prorsus nego non nullas fortasse in memoria omnium librorum Graecorum corruptelas latere, quae secundum recensionem Sergianam corrigi possint. Tres locos certo huc revocandos esse ipse statuo,

XXV 6 lbb. Grr. ἐν ταῖς ἀτυχίαις S ἐν τοῖς καιροῖς, ubi scriptura nostrorum codicum sumpta est ex antecedentibus τῆς περὶ τὸν βίον ἀτυχίας, Sergiana autem multo est exquisitior[574]),

XXV 9 lbb. Grr. ἐν τοῖς καιροῖς S ἐν τοῖς κινδύνοις, ubi in archetypo nostrorum codicum ἐν τοῖς καιροῖς illud modo perperam

loco suo demotum videtur hic transpositum esse et antiquam scripturam eiecisse [575]),

XXXVII 3 lbb. Grr. αἰτίας S ἁμαρτίας, ubi veri simile est, ni fallor, αἰτίας paucis litteris aut neglegentia omissis aut oblitteratis corruptum esse ex ἁμαρτίας.[576])

At, qui praeter eos fortasse huc referendi sint loci, ne suspicari quidem audeo. Summopere enim cavendum est, ne, dum alteram recensionem secundum alteram emendare studemus, utriusque memoriam pessime confundamus. Eam igitur, quam in hoc loco significabam magis quam proponebam, quaestionem aliis diiudicandam relinquam, si quibus illa tamquam Delphico oraculo instincta Bentleiorum aut Hermannorum sagacitas fuerit. Equidem satis habeo confirmare ne archetypum quidem nostrorum librorum pro plane certo aut integro Graecae recensionis teste haberi posse, immo scripturas non nullas ab initio utrique recensioni proprias in apographo Sergii servatas, in omnibus alterius recensionis libris depravatas esse.

Examinata versione Syriaca ut hac ex parte intricantur magis iudicii difficultates quam submoventur, ita iis certe locis, ubi Graecae recensionis testes inter se discrepant, nova quaedam et, opinor, clarissima lux affunditur. Apparet enim, cum libros omnes Graecos, qui aetatem tulerunt, recensio Sergiana aetate longe superet, discrepantibus codicibus manu scriptis eam fere scripturam comprobandam esse, quae auctoritate versionis Syriacae confirmetur. In universum enim, si quae et unico Sergianae et uno Graecae recensionis teste confirmatur scriptura, eam in utraque coniciamus recensione antiquitus traditam esse necesse est. An forte factum esse statuamus, ut, quae alterius recensionis antiquitus propria essent, plurimis locis etiam in alterius recensionis libris, ubi alia ab initio scripta essent, sive corruptela sive coniectura ponerentur, aut plane eadem ratione in utraque recensione passim peccaretur? — Sunt certe quaedam et omnium et singulorum codicum Graecorum menda, quae forte etiam in apographo Sergiano erant.

XV 8 κρατεῖσθαι illud, quod verum esse non potest, et in libris servatis est ad unum omnibus et erat in codice S.[577])

Deinde fortuitus concentus intercedit bis inter S et codices Vulgatae,

XI 5 ΓΖΕ πρὸς ὃν ΛΠLS πρὸς ὃ, ubi multo profecto elegantius pronomen relativum cum nomine Hipponici quam cum παράδειγμα iungitur [578]),

XXXII 5 ΓΖΕ ἀποβαλοῦσιν ΛΠLS ἀποβάλλουσιν, ubi veram esse Urbinatis scripturam sententia comparationis declarat [579]),

bis inter S et Z quartamque Urbinatis manum, scilicet

IX 6 Γ ὑπεμ . . . ν pr. man. ΛΠL ὑπέμενεν Z quart. man. in ΓS ὑφίστατο [580]),

XXX 6 Γ pr. man. ΛΠL σεμνός Z quart. man. in ΓS σεμνός τε καὶ ὑπεροπτικός.[581])

Sed latius casus regnum patere prorsus nego. Si enim in iudicanda scriptoris antiqui memoria omnia licet forti tribuere, ars critica nulla est. Neque enim quae caeca forte sola reguntur, ea ratione possunt perspici aut iudicari. — An codices quosdam, qui aetatem tulerunt, ita interpolatos esse putemus, ut iis ex antiquo alterius recensionis libro, qui aetatem non tulerit, non nulla admiscerentur? — At missa, quae inde provenit, quod cum alio alias codice Graeco versio Syriaca conspirat, difficultate id certe difficillimum creditu est veterem illum interpolatorem, ut eum unquam fuisse fingam, varietates pro rata parte minutissimas transtulisse, gravissima quaeque duarum recensionum discrimina aut non vidisse aut non digna duxisse, quorum rationem haberet. Quid ergo relinquitur, nisi ut Syriacam versionem pro summa et certissima in aestimandis libris Graecis iudice habeamus?

Cum memoria Urbinatis recensio Sergiana contra omnes libros Vulgatae septies convenit:

III 4 ΓS coì μὲν ἀκμῇ φιλοcοφεῖν ΛΠL cù μὲν ἀκμὴν φιλοcοφεῖc[582]),

VII 2 ΓZS ταῖc διανοίαιc ΛΠL ἐν ταῖc διανοίαιc[583]),

XIV 4 ΓZES πρὸc τὴν ὑγιείαν ΛΠL πρὸc τὴν ὑγιείαν cυμφέροντα[584]),

XXXV 2 ΓZS τὰ ἑαυτοῦ ΛΠL ὑπὲρ τῶν αὑτοῦ[585]),

XL 4 s. ΓZS τῷ μὲν cώματι — — — τῇ δὲ ψυχῇ ΛΠL τὸ μὲν cῶμα — τὴν δὲ ψυχὴν[586]),

XLIII 11 ΓZES τοῖc cπουδαίοιc ἀπένειμεν ΠL τοῖc cπουδαίοιc ἡ φύcιc ἀπένειμεν (Λ om. verba).[587])

Nisi omnia me fallunt, probanda his locis est scriptura, in qua S et Γ conveniunt etiam, si sententiam spectamus. Id quod statuerim etiam de loco XLIII 11, ubi Blassius putavit auctoritati Urbinatis minus obtemperandum esse. Commode enim verbum ἀπένειμεν cum ἡ πεπρωμένη iungi potest. Quin, ne intellego quidem, cur in generali illa sententia aliud ad fatum aliud ad naturam referendum sit.

Contra iis locis, ubi cum Vulgata S contra memoriam Urbinatis facit, scriptura Urbinatis aut aperto errore librarii nata est aut certe, si accuratius de nexu sententiarum cogitamus, minus videtur apta esse. Loci sunt sedecim numero

III 7 ZE ἐπιχειροῦcι ποιεῖν (in Γ ποιεῖν forte omissum et postea additum est), ΛΠLS ἐπιχειροῦcι[588]),

IV 6 ΓZE ἐπὶ λόγον ΛΠLES ἐπὶ λόγον μόνον[589]),

IV 7 ΓZ τὸν τρόπον ΛΠLS καὶ τὸν τρόπον[590]),

XIII 6 ΓZE ὅρκοιc ΛΠLES νόμοιc, ubi etiam, si quis quam maximi aestimaverit Urbinatem, concedet ὅρκοιc perperam ex antecedentibus sumptum esse[591]),

XX 6 τοῖc δὲ φίλοc γενήcει ΛΠLZES, om. pr. man Γ, ubi postea in margine addita sunt verba[592]),

XXV 5 ΓΖΕ βαcανίζομεν ΛΠLSЄ δοκιμάζομεν, ubi, quamvis facile cogitari possit scripturam δοκιμάζομεν ex antecedentibus δοκίμαζε τοὺc φίλουc natam esse, premendum est parum tamen apte de obrussa βαcανίζειν verbum usurpari, ut quod proprie non nisi eam metallorum probationem notet, quae coticula (βαcάνῳ) fit[593]),

XXVI 6 ΓΖΕ ἀτυχοῦcιν ΛΠLS ἀτυχοῦcι τοῖc φίλοιc[594]),

XXXIV 9 ΓΖ γνῶcιν ΛΠLS γνώμην[595]),

XXX 3 ΓΖ φαυλότατον ΛΠLS φαυλότατόν coι[596]),

XXXV 3 s. ΓΖ περὶ τῶν οἰκείων ΛΠL, (Suidas), S ὑπὲρ τῶν ἰδίων[597]),

XXXV 2 ΓΖ cυμβούλῳ χρῆcθαι ΛΠLS cυμβουλεύεcθαι[598]),

XXXVIII 2 ΓΖ δύναcθαι ΛΠLS δυνάμενον ubi scripturam Urbinatis comprobari vel teterrimi hiatus durities vetat[599]),

XLVII 1 ΓΖ ἐλυπήθηcαν ΛΠLS ἐλυπήθημεν[600]),

XLVII 5 ΓΖ διὰ τὰ πράγματα ΛΠLS δι' αὐτὰ τὰ πράγματα[601]),

XLVIII 7 ΓΖΕ φήcαντας ΛΠLS φάcκοντας, ubi praestare vel ideo scriptura Vulgatae mihi videtur, quia id, quod simulatorum proprium est, nimirum, ut, dum nihil vita et moribus a ceteris discrepent, multo se illis meliores esse dicant, participio praesentis accuratius significatur[602]),

LI 1 χρωμένοιc ΓΖ χρωμένουc ΛΠLS, ubi mero calami errore scriptura Urbinatis facta est[603]),

LII 3 βέλτιcτα ΓΖ χρήcιμα ΛΠLS.[604])

Id igitur primum examinata versione Syriaca et cum libris Graecis collata efficitur, ut auctoritas codicis Urbinatis, quem Bekkeri vestigiis insistentes plurimi paene superstitiosa fide prosequebantur, non nihil infringatur. Pro gravissima enim, quae codici vulgo tribuitur, vi perpaucae Urbinatis scripturae sunt, quae cum recensione Sergiana conveniant. — Itaque aeque in recensenda oratione Demonicea Vulgatae videtur atque Urbinatis ratio habenda esse supremumque iudicium a singulorum locorum sententiis petendum. — Verum quem discrepantibus inter se ipsis Vulgatae libris pro vero et germano vulgatae memoriae teste habeamus? — Liceat eos, qui ad quaestionem profligandam conferunt locos, sub uno conspectu ponere.

II 4 ΓΕΠLS ὑμᾶc ΛΖ ἡμᾶc[605]),

IX 6 ΓΛΖS παρακαίρωc ΠL παρὰ καιρόν[606]),

XIX 3 ΓΛΖS μόνον ΠL μόνη[607]),

XXVI 1 ΓΛΖS ὁμοίωc ΠL ὁμοίωc δὲ[608]),

XXVIII 3 s. ΓΖΕ κτᾶcθαι (Stob. 94, 19) κεκτῆcθαι), Λ (Π om. verba) LЄS χρῆcθαι[609]),

XXIX 5 ΓΛΖΕS κακούc ΠL κακοὺc δέ[610]),

XXXI 3 ΓΛS πάcχουcιν ΠL ποιοῦcιν[611]),

XXXII 3 ΓΛS ἐὰν δέ ποτέ coι ΠL ἐὰν δὲ[612]),

XXXVI 5 ΓΛ πείθου μὲν καὶ ΠLS πείθου.[613])

Apparet, quantum detrahatur auctoritatis Urbinati, tantum fere addi Vaticano Λ, qui sexies cum SΓ contra ΠL, semel cum LS contra Γ conspirat. Videtur is ea, quae Vulgatae antiquitus propria erant, omnium fidelissime servavisse. Neque enim veri simile est, quae inter ΛΓ et versionem Syriacam conveniunt, in Λ aut ab interpolatore aliquo e memoria Urbinatis illata aut a correctore aliquo feliciter inventa esse. Atqui vera procul dubio sunt, ut quae apographo Sergiano confirmentur. Itaque saepius ΠΛ videntur a vera scriptura antiquitus Urbinati et Vulgatae communi aberravisse.

At ne eorum quidem nulla omnino vis est. Semel enim servaverunt scripturam antiquitus Urbinati et Vulgatae communem, cum Λ aberraret, semel contra Urbinatem et Vaticanum, id quod concentu apographi Sergiani efficitur, antiquam Graecae recensionis scripturam soli retinuerunt.[614])

Summi denique momenti est Є.[615]) Quod enim non nisi eae, quae concentu apographi Sergiani comprobantur, lectiones Vulgatae a correctore Ambrosiani in libro, qui ab initio totus stabat a partibus Urbinatis, notatae sunt, id nisi ita explicari non potest, ut statuamus ei praesto fuisse Vulgatae codicem antiquum et a ceteris Vulgatae testibus, qui aetatem tulerunt, diversum, eum quidem quam praestantissimum. Quominus enim e Λ correctorem hausisse statuamus, ea ratione prohibemur, quod non omnes, quae Sergio teste verae et antiquae sunt, eius codicis lectiones addidit. Neque enim omnino Є docet, quae scripturae Vulgatae comprobandae sint, sed tantum, quae lectiones Urbinatis spernendae. Ad refutandam vero Urbinatis memoriam tanta auctoritate pollet, quanta ad comprobandam Λ.[616])

Liceat denique, quae de oratione Demonicea probata sunt, ad universam Isocratis recensionem, quantum quidem aliqua cum probabilitate fieri potest, traducere: Memoria Urbinatis et vulgata textus Isocratei memoria ad unum redeunt archetypum. At ne is quidem mendis prorsus carebat. Itaque in restituendis Isocratis verbis non satis habendum est illius archetypi scripturam recuperavisse sed interdum coniecturae acumine subveniendum. Discrepantibus altera e parte memoria Urbinatis, altera e parte omnibus Vulgatae codicibus gravior Urbinatis auctoritas quam Vulgatae non est. Immo spectatis sententiarum nexu et scribendi usu Isocrateo sola ratione iudicandum est. Eae tantum Vulgatae lectiones protinus memoriae Urbinatis praeferendae sunt, quae corrector Ambrosiani E notavit. Discrepantibus autem ita inter se ipsis Vulgatae codicibus, ut alteri cum Urbinate conveniant, alteri discrepent, veri simile est archetypum librorum Vulgatae cum memoria Urbinatis convenisse, aberravisse ab antiqua scriptura eos Vulgatae codices, qui cum Urbinate discrepant.

Sententiarum, quae feruntur Menandri, duo florilegia Syriaca aetatem tulerunt. Alterum, copiosius illud quidem multo et antiquius manu scriptum exstat in codice mus. Brit. eo antiquissimo, qui et compluria scripta Sergii Resaïnensis aliaque continet prisca litterarum Syriacarum monumenta velut Philippi Bardesanis disciputi librum de legibus regionum, Ambrosii Hypomnemata, Melitonis de veritate librum a Curetono in Spicilegio Syriaco (Lond. 1855), dialogum, cui inscribitur Socrates sive de anima, Pythagorae sententias a Lagardio in Analectis edita, add. 14658, editum est a Landio An. S. tom. I p. 64 s. s. Alterum insertum est libello miscellaneo in cod. mus. Brit. add. 14614 (fol. 114a—117b) servato. Codex est saeculi octavi. Libello inscriptum est: „Sententiae selectae philosophorum de rationibus disciplinae moralis." Titulum excipiunt sententiae ex versione Demoniceae orationis Sergiana excerptae. Sequuntur fol. 116a sententiae Menandri. Quibus subiunguntur fol. 117a incertorum quorundam sapientium praecepta a Menandreis per verba „sententiae sapientium" secreta. Typis exaratum resectis eis, quae ex oratione Demonicea sumpta sunt, libellum Sachavius edidit I. S. p. 80 s. s.

Atque Landius quidem prius, quod significavi, florilegium cum ederet, et versionem Latinam integram adiecit et de auctoritate sententiarum istarum paucis disputavit. Sed neque versio Latina satis caute aut accurate facta est neque de ipsarum sententiarum indole, origine, usu plane verum videtur mihi vir doctissimus assecutus esse. Primum coniunctionum Syriacarum, quas accuratissime Landius imitatus est, nulla omnino est auctoritas. Cave putes ea, quae de singulis vitae condicionibus in florilegio Syriaco composita et coniunctionibus quasi in perpetuam orationem copulata sunt, servato ordine exemplaris Graeci ipsi propositi diligenter ab interprete Syro translata esse. Plurima sunt, quae miserrimam efficiant eiusdem sententiae iterationem[880]), aut nullo sententiae vero vinculo contineantur.[881]) Porro diversae[882]) atque etiam inter se totae oppositae[883]) sententiae iunguntur, quia aut de eadem re sunt aut ali-

quam orationis similitudinem exhibent. Interdum id quoque fit, ut aliam atque interpres Syrus vel is, qui florilegium contexuit, esse voluit sententiam verborum fuisse in exemplo Graeco facile perspiciatur.[884]) Haec igitur res est. Sententias inter se discretas Syrus, prout quaeque aliquam comparationem habere ipsi videbantur, composuit et coniunctionibus ex arbitrio suo interpositis copulavit, ut, quod studium in omnibus fere sententiarum florilegiis Syriacis conspicuum est, unam et perpetuam exhortationem efficeret et ad certum ordinem argumentorum constitutam. De origine et compositione florilegii apparet recte iudicari prius non posse, quam singulae extractae sint sententiae, quas Syrus in speciem perpetuae orationis conflavit. — Etiam gravius peccavit Landius, cum florilegium Syriacum translatum esse arbitratus de exemplo Graecorum florilegiorum simili, quae non pauca sententiarum Menandri maximam partem monostichorum servata sunt, germana Menandri poetae comici fragmenta ibi latere negavit. Certissima enim indicia sunt, unde colligamus multo maioris pretii esse fragmenta Syriaca quam illos versus Graecos, qui undique congesti magnamque partem semibarbari sub nomine Menandri produntur. Primum minime sibi constat singulorum fragmentorum a Syro expressorum circuitus, id quod quam maxime obstat, quominus de sententiis monostichis vel distichis Syriace versis cogitemus. Habet sane non adeo multûm florilegium a Landio editum cum sententiis Graecis monostichis, quibuscum ab editore collatum est, comparationis. Neque vero propterea est damnandum. Immo quo magis alienum est a sententiis istis, quas magnam partem suppositicias esse nemo nescit, eo maior est probabilitatis species veras et putas comoediarum Menandri reliquias obviam esse. Accedit illud longe gravissimum, ut sint inter fragmenta a Syro expressa, quae ad certum fabulae argumentum spectare videantur, aut etiam alternos sermones servent. Neque vero in eo haerere debet, quod nunquam fere fragmenta Syriaca ad verbum cum reliquiis comoediae novae Atticae aut cum Plauto Terentiove conveniant. Paucae enim pro rata parte Menandreae artis reliquiae aetatem tulerunt. Contra admodum ad licentiam tam poetae Romani quam interpres Syrus verba Graeca constituerunt. — Quod vero Landius[885]) Syrum suas sententias proverbiaque popularia passim interposuisse suspicatur, illud quidem nullis indiciis probari potest.

Neque igitur in tractandis Menandri sententiis Syriacis Landii vestigiis insisti debet, sed id agendum est, ut ex altera parte singularum, sive reliquias fabularum sive sententias dixerimus, ambitus et fines quam accuratissime constituantur, quo clarius de florilegiorum Syriacorum rationibus, compositione, affinitate liqueat, ex altera collatis novae comoediae Atticae reliquiis et imitationibus inquiratur, quatenus in fragmentis Syriacis scaenicae poëseos natura colorque, ut ita dicam, orationis et sententiarum novae comoediae proprius regnent.[886])

Cod. mus. Brit. add. 14658 fol. 163b col. 2 — fol. 167b col. 2 (An. S. p. 64—73).

„Menandrus sapiens dixit initio sermonum suorum" (= in prologo primae ex eis fabulis, unde fragmenta sumpta sunt?):

1. „Hominis opera sunt aqua et seges et plantaria et liberi (= ναυςτολεῖν, ςπείρειν, φυτεύειν, τεκνοποιεῖν vel simile aliquid) — — — pulchrum est plantaria instituere — — — et decorum est libros gignere — — — et laude digna et pulchra est seges — — — verum is, quo auctore provenit, ante omnia laudandus est."

Conf. Plaut. mil. glor. v. 703 s. — Verba Syriaca manifesto lacunosa sunt et miserrime turbata. Itaque certo de sententia exemplaris Graeci vix potest iudicari. Suspicor tamen sententiam eius similem, quae est in celeberrimo cantico Sophoclis Antig. v. 322 s. s. (ed. Dind.) ab eo, qui florilegium Syriacum composuit, in laudem dei conversam esse.

2. „Deum (= θεὸν sive θεοὺς, quod nusquam certo diiudicari potest) vereri (= ςέβεςθαι) et patrem et matrem honorare neque deridere senectutem, quia super eam tu ingrederis et consistis."

Conf. Men. frg. 173; Philem. frg. 118 v. 1, 199. Monost. 238, 378, 379 et θεοςέβειαν cum pietate erga parentes iunctam Diphil. frg. 93. Monost. 230.[887])

3. „Eum qui senior te est, honora, ut deus te evehat ad honorem et principatum."

Conf. Monost. 155. — Utrumque fragmentum potest sumptum esse ex hortatione paedagogi.

4. „Cave ferias neve quicquam turpe manus tuae perpetraverint, quia gladius in medio positus est."

Conf. Plaut. Mostell. v. 895. Rud. v. 1010. Trucul. v. 614. Verba videntur esse e rixa sumpta, qualis est inter duos servos Mostell. v. 885 s. s. Rud. v. 938 s. s., inter adolescentem et lenonem Terent. Adelph. v. 172 s. s., inter militem et servum Plaut. Trucul. v. 603 s. s. Ut de milite potissimum rixante cogitem, fit gladii mentione interposita. Sed possunt verba etiam redire ad scaenam aliquam, qualem Pardalisca verbis depingit Plaut. Cas. v. 621 s. s., aut hominis fuisse, qui se insanire adsimulabat. Conf. Plaut. Men. v. 832 s. s.

5. „[Et] nemo homicida peior est; oportet illum statim occidi."

6. „Sermonibus patris tui et matris tuae quotidie ausculta neve volueris eos iniuria aut ignominia afficere; filio enim, qui patrem suum aut matrem suam iniuria et ignominia affecit (= partic.), mortem et miserias deus molitur."

Conf. Men. frg. 808, 815; Philem. frg. 199 et frg. flor. Syr. 2, 3. — Gratiam esse a deis pro hominum bene aut male factis opinio est a Menandro minime aliena. Conf. frg. 379; Ter. Adelph. v. 666; Monost. 126.

7. „Bene (= καλῶc) honora patrem tuum neve amicos tuos contempseris neve eos, qui te honoraverunt, ignominia affeceris."

8. „[Et] si filius tuus e pueritia egressus erit modestus (= χρηcτόc) et sapiens, doce eam disciplinam sapientiae (= φιλοcοφίαν?); optima enim disciplina (= αὕτη γὰρ) est doctu lucida, oculis et lingua multa (= καὶ δεινὴ λέγειν). Et si filius tuus e pueritia egressus erit procax et nequam et impudens et furax et mendax et contemptu dignus, doce eum militarem artem et cultrum et gladium in manibus eius pone et precare de eo, ut propediem moriatur et occidatur, ne damnis et detrimentis illius tu pereas aut (ὥcτε μὴ) id, quod vultui tuo (= coì) pulchrum visum erit, ne eveniat."

Fragmentum videtur pertinere ad alternos duorum senum sermones.

9. „Oculi ad videndum lucidi non caeci fient neque lingua, quae sapienter locuta erit, balba fiet."

Fragmentum propter eandem imaginem adhibitam a Syro priori interpositum est ante verba „lucida oculis".

Conf. Monost. 2.

10. „Omnis filius malus moriatur nec vivat."

11. „Mulieris adulterae pedes firmi non sunt, quia (in exemplari Graeco fortasse καίπερ vel solum partic.) contra maritum suum probitatem simulat."

12. „Virum qui erga mulierem [suam] recte non agit, etiam deus odit."

Syrus sententiam ita intelligi vult, quasi contra maritum perfidum sit. In exemplo Graeco, nisi omnia me fallunt non affirmationem efficiebant sed exsecrationem servique erant vel ancillae eram ab amatore derelictam conquerentis. Conf. Terent. Andr. v. 425 s. s.; Adelph. v. 306.

13. „Prohibe filium tuum a scortatione et servum tuum a conviviis, quia inde furari discitur."

Verba videntur fuisse senis severioris vel paedagogi mitiorem patrem hortantis, velut Demeae Terent. Adelph. v. 81 s. s.

14. „Vinum bibe quiete et inter pocula gloriari noli, quia vinum (= Βάκχοc γὰρ) mite et suave (= λυαῖοc?) est et, quicunque inter pocula animosus et gloriosus fit, statim ignominia afficitur et contemnitur."

15. „[Verum], quando plenus fuerit venter tuus abi."

16. „[Verum] non decet te edendi ratio canibus propria, plenus venter."

17. „Duae res turpes sunt et haec eis amica est (= ἐπὶ τούτοιc τρίτον conf. Plaut. Poenul. v. 898) — — — si plenus fueris, ignominia afficieris et, si crapula oppressus eris, sperneris."

Conf. Men. frg. 759, 779; Philem. frg. 104, 193; adesp. 106, 107; Plaut. Trucul. v. 831 s.; Alciph. ep. III 32.

18. „[Et] nemo est, qui voluptatem suam et ventrem secutus sit, quin statim ignominia afficiatur et contemnatur."

Fragmenta aut patris vel paedagogi vel servi frugi adolescentem

hortantis verba efficiebant aut ipsius adolescentis alicuius, qui secum diversas vitae morumque rationes reputabat sicut Lysiteles Plaut. Trin. v. 223 s. s.

19. „Beatus vir est cuius venter fortis et voluptas potens est (= καὶ τ'Ἀφροδίσια δεινὸς ὤν?); hoc semper prodest."

Verba videntur servi ebrii fuisse, quales Pseudulus et Stichus in extremis fabulis inducuntur a Plauto, aut sumpta esse ex oratione parasitica, quales habent apud Plautum Peniculus Men. v. 77 s. s., Ergasilus Capt. v. 69 s. s., 461 s. s., Saturio Pers. v. 53 s. s., Gelasimus Stich. 155 s. s., apud Terentium Gnatho Eun. v. 232 s. s.

20. „Turpis est mos eius, qui non apto tempore (= παρὰ καιρόν) dormit."

Conf. Plaut. Rud. 923.

21. „Habitare in orco somnus est, habitare cum mortuis somnium."

22. „Turpis pigritia est; esurit, sitit, nuda est, gemit. Quam decora et laude digna industria est; semper venter ei plenus est et vultus hilaris et, si nihil lucri ex ea provenit, certe non reprehenditur."

Conf. Plaut. Men. 957 s. s., Rud. 920 s. s. — Servi frugi verba fuisse videntur, qui praedicabat, quantum sua industria et probitas aliorum servorum nequitia praestaret sicut apud Plautum Harpax Pseudul. v. 1103 s. s., Messenio Men. v. 966 s. s., Strobilus Aul. v. 587 s. s., Phaniscus Mostell. v. 558 s. s.

23. „Noli molestus esse neve manum tuam in eum, qui natu te maior est, intenderis."

Conf. frg. flor. Syr. 4 et Men. frg. 147.

24. „[Quia] Homerum socii sui interrogaverunt, qui virum senem percussisset, quid ei eventurum esset. Dixit eis: 'Oculi eius caeci fient', — qui matrem verberasset, quid ei eventurum esset. Dixit eis: 'Terra eum non portabit, quia ipsa mater omnium hominum est' (conf. Monost. 617: μήτηρ ἁπάντων γαῖα). Deinde interrogaverunt, qui patrem suum percussisset, quid ei eventurum esset. Dixit Homerus sociis suis: 'Hoc neque factum est unquam neque est, quod de ea re scribatur (= doceatur); neque enim filius, qui patrem percutiat, ullus est, nisi quem forte ex alia fornace adulterio mater concepit et (= part. aor.) peperit."

Doctrinam, Homeri quae perhibetur, in exemplo Graeco perpetua oratione expressam interpres Syrus pro tritissimo orientalium et celeberrimo narrandi genere in complures interrogationes et responsiones disposuit. Obviam fuisse in fabulis novae comoediae eiusmodi narratiunculas de clarorum virorum responsis docet Hegesippi frg. 2.

25. „Prae omnibus patrem tuum ama et time et honora."

26. „[Et] ne despexeris aut ignominia affeceris matrem tuam, quia per decem menses utero suo te gessit et, cum te pareret, ad scalas mortis constitit."

27. „[Et] ne deriseris sermones senectutis neve labia tua contra senectutem distorseris neve paupertatem contempseris."

28. „[Quia] cum senectute molestiae adveniunt et subit eas homo (= ὥcτε c. Inf.?) et descensus eius in sepulcrum damnis ingravatur."

Conf. Men. frg. 552, 555; Apol. Car. frg. 20; Philem. frg. 127, 128; adesp. 132, 142; Monost. 745; Plaut. Men. v. 753 s. s. Terent. Phorm. v. 574, Stat. Plocii frg. 9.

29. „[Quia] male habet vir (= καίπερ c. part.), qui cecidit neque quisquam putat fore, ut in pedes suos insistat, et aliqua hora manum eius prehendit deus et erigit eum et ad multum honorem eum perducit, quia (= γὰρ) neque divitiae in aeternum durant neque semper paupertas. Fortuita enim sunt omnia (= ἀλλ' ἐcτὶ πάντα τῆc τύχηc). Vidi enim eum, qui occisurus erat, ipsum occidi et eum, quem comprehenderant, ut occiderent, vitam invenire, quia neque est, quem deus in aeternum efferat, neque, quem semper deprimat."

Fortis fortunae imperium praedicare non desistunt poetae novae comoediae. Conf. Men. frg. 291, 483, 486; Philem. frg. 213 v. 8 s. s.; Diphil. frg. 109, 118; Bol. frg. 1; Posid. frg. 30; Monost. 495; Plaut. Pseudul. v. 678 s. Alciphr. ep. III 44: οὐδὲν γὰρ ἐν ἀνθρώποιc γνώμη, πάντα δὲ τύχη. — Ad extremam sententiam conf. Philem. frg. 121; Monost. 489; Plaut. Asinar. v. 323 s.

30. „[Et] si volueris in matrimonium ducere mulierem aliquam, prius de eius lingua inquiras et tum eam ducas" (= πρὶν c. inf.).

Conf. Men. frg. 532 v. 12 s. — Scaenae, in quibus de uxore ducenda deliberabatur, in fabulis novae comoediae non paucae obviam erant. Conf. Men. frg. 532, 584; adesp. 206; Plaut. Aul. v. 323 s. s.; Terent. Adelph. v. 924 s. s. — De mulierum loquacitate et garrulitate conf. Plutarch. de gar. cap. 11; Plaut. Aul. v. 124; Lucian. rhet. praec. 23: ὁρᾷc ὅτι λαλίcτεραι αἱ γυναῖκεc; Tertull. de virgg. vell. 17: „quod uni dixeris, omnibus dixeris." — De uxorum garrulitate mariti queruntur Plaut. Trin. v. 800 s.; Casin. v. 497 s.

31. „[Quia] mulier linguosa orcus est." — „[Et] vir malus mors est."

Alterni sermones sunt senis uxori garrulitatem et mulieris marito lasciviam exprobrantis.

32. „Deum semper reverere et in angustia tua eum implora et auscultabit voci tuae" (= reveritus spera eum, si imploraveris, auscultaturum esse. Conf. Monost. 155).

Conf. Philem. frg. 181; Monost. 126, 142.

33. „Moribundo ne gavisus sis, qui moritur, quia omnes homines ad domum aeternum eunt et moriuntur."

Conf. Men. frg. 538 v. 8 s.

34. „[Et] si tibi inimicus fuerit, de eo precatus ne sis, ut moriatur; cum enim moritur, malis suis liberatur (= ὥcτ' ἀπαλλάχθαι πόνων) sed precare de eo, ut pauper fiat et vivat (= part.) et malis suis ingemiscat."

35. „Inter fratres ne intercesseris neve inter eos arbitrari co

natus sis. Etsi luctantur fratres, quid tua interest? Ipsi enim fratres sunt et reconciliantur et contemnunt te mentibus suis."

36. „Per semitam, ubi rixa est, cave transeas ne ubi transieris, male habeas, aut si separandis rixantibus operam dederis, vapules vestesque tuae maculentur et, si ibi constiteris et oculis circumspexeris, testimonii causa in iudicium voceris."

37. „Vapulare odi et sperne edere falsum testimonium" (= si oderis, sperne).

Conf. Plaut. Asinar. v. 562 s. s. 569 s. — Verba videntur fuisse senis cum comminatione servum de amore filii sciscitantis, qualis Simo inducitur apud Plautum Pseudul. v. 462 s. s., apud Terentium Andr. v. 184 s. s., 437 s. s.

38. „Ama possessionem et odi furtum. Possessio enim vita est et furtum mors est."

Conf. Monost. 304, 288, 503.

39. „Aures et oculos ad virum malum in via ne statim adverteris, ne, si animadvertis ad malum, quicunque te viderit, socium mali te appellet aut, si ei non auscultaveris neque menti eius assenseris, malitia sua ille tibi molestus sit."

Conf. Monost. 24.

40. „Cum servo malo panem edere noli, ne eri eius de te suspicentur te servum ipsorum furari docere."

41. „Odi servum malum et sperne ingenuum, qui furatur (= odi et sperne aeque), quia ut manus tua non valet ad occidendum servum ita ne ad ingenuum quidem cohibendum."

Videtur interpres Syrus exempli Graeci crudelitatem immutavisse. Graeca enim sententia, nisi omnia me fallunt, haec erat: „Servum quidem malum occidere licet, sed ingenuum plane non potes cohibere."

42. „Servum malum deus odit, quia eros suos odit et ignominia afficit."

43. „Si servum malum videris extrema miseria afflictum ne dolueris de eo sed dicas: 'Eris suis quantum bonum contingit.'"

Conf. Monost. 345.

44. „Ama servum sedulum, qui in domo erorum suorum currit et sedulus est."

Nihil fere in fabulis novae comoediae frequentius erat quam de servis tam frugi quam nequam sententiae. Conf. Men. frg. 419, 668, 698, 699, 796, 802; Philem. frg. 22, 31, 56, 95, 167; Monost. 116, 133, 138; Plaut. Mostell. v. 859 s. s.; Stich. v. 58 s. s.; Epid. v. 59 s.; Pseudul. v. 460 s., 1102.

45. „Omnem virum malum in servitutem deus dedit et omnem virum sedulum ad honorem et principatum ascendere decet."

Conf. Monost. 19.

46. „Sperne et odi senem lascivum, quia ut manus tua non

valet ad ventum cohibendum ita ne ad senem quidem cohibendum et docendum."

Conf. Men. frg. 509; Philem. frg. 147; Monost. 104.

47. „Viam cave relinquas et in errore cave incedas et ad domum malam (= domum meretricis) cave eas."

Verba erant patris aut paedagogi adolescentem hortantis. Conf. Plaut. Trin. 276 s. s.; Bacchid. v. 109 s. s.

48. „Noli litigari, ne lis oriatur, quae te ad paupertatem redigat."

49. „Si fueris fraudulentus, statim contemneris."

50. „[Et] si calumniatus eris, macrescet vultus tuus."

51. „Si gloriosus fueris, tibi ipse iniuriam facies."

52. „Si recubueris inter multos, ne solveris coram eis marsupium neve iis ostenderis id, quod tecum habes, ne a te mutuentur et non reddant et, cum repetiveris, tecum disputent et te durum (= πικρόν) appellent et tua perdas et praeterea pro inimico habearis."

53. „Fratres tuos ama et amicos tuos pulchris sermonibus adi."

Conf. Men. frg. 809.

54. „[Quia] circumambulas (= quamvis procul eas ad quaerendum) et quaeris aliquid, quod bonorum fratrum simile sit et non invenis."

55. „Filiis tuis pater gaudet" (= tu eis gaudes) — „Scilicet gaudio sunt. Verum fratrum instar mihi non sunt fratrum filii." — „Verum filius tuus pro morte tua precatur, quod e morte tua ipsi honor eveniet et in loco tuo consistet et pro arbitratu suo pecunia tua utetur, et fratres tui pro vita tua deum precantur, quia quamdiu vivis, ipsi honorantur et morte tua affligentur (= cum fratres precantur) et filii tui perversos appellant fratres tuos."

Conf. Terent. Hecyr. v. 595; Adelph. v. 874; Naev. frg. Tribaceli. — Duorum fratrum alterni sermones sunt, divitis, si verum video, et pauperis. Pauper divitem fratrem adit pecuniam mutuam ab eo precatus. Hic daturum se esse negat. Ille acrius instat et, si sua gratia dare nolit, liberorum suorum gratia det, precatur, ut qui ipse filiis suis gaudeat. Hic habere se respondet, quod filiis suis gaudeat, quod fratris filiorum misereatur, non esse. Iam pauper fratri enuntiat, quomodo a filiis, quos tanti aestimet, illudatur, ut qui mortem patris exoptent.

56. „Verum filius malus et stultus haec cogitat, mala in mente eius de patris morte opinio haeret et ignorat filius malus, si pater mortuus sit, filios bene non habituros esse, quod eis non sit, ubi tum capita reponant."

57. „Ama patrem tuum et honora, quia tibi se ipsum dedit et neve amicos tuos contempseris neve eos, qui te honoraverunt, ignominia affeceris."

58. „[Et] ei, qui panem tecum edit (= hospiti), ne insidiatus sis."

Conf. Monost. 390, 397.

59. „Quando amicum tuum adis, num amicus tuus te amet et

magni aestimeris ab eo, filii eius tibi significant. Si aspectu tuo delectati erunt, affirma amicum tuum te amare et te ab ipso magni aestimari. Si coram te hilares non sunt, ne ipse quidem amicus te videre gaudet. Exi, abi domum tuam."

60. „Admodum honorat ingenuus domum matris suae et servae filius domum eri sui" (= aeque ingenuus atque servus).

61. „Si videris virum nobilem, qui honore excidit, nolito eum iniuria afficere sed bene (= καλῶς) eum honora et da ei, quod manus tua dare poterit. Multa est enim iustitia, quam exerces, cum das viro, qui divitiis suis et honore suo excidit; si quid tibi erit, da et, si non erit neque dabis (= ὥστε μὴ c. inf.), tracta eum sermonibus bonis et lenibus et dic ei: „Noli timere" et: „Deus bene de te sentiat."

62. „Ab adulterio bene te cohibe."

Conf. Euphr. frg. 12 et extremam militem gloriosum fabulam.

63. „[Et] quare vis merces turpes et flagitiosas emere, quarum initium vile et obscenum, finis funestus est" (in cod. ms. est „initium funestum, finis vilis et obscenus est", quod parum est sententiae aptum).

64. „Erecto collo incedas, probitate fretus et mente tua pudicus sis."

65. „Memento et vide: quem ad modum tu non gauderes mulierem tuam ab alio viro adulterari, ita ne tu quidem volueris mulierem socii tui adulterare."

66. „Si nolueris perire, noli furari."

Fortasse verba erant alicuius, qui coquo, quem modo conduxerat, minabatur. Conf. Plaut. Pseudul. v. 855 s. s., 885 s. s.

67. „Quidquid tibi odiosum est, id socio tuo facere noli."

68. „Noli altus incedere, ne male habeas."

69. „[Et] si impudens fueris, non bene habebis."

70. „Venatoriam artem discas et ne taedio vitae te affici passus sis (= ὥστε μὴ c. inf.), quod si fieri passus eris, ea quae non perdideris, deplorabis, neque quicquam pulchri invenies."

Adolescens totus venationi deditus amicum amore tristem consolari videtur et monere, ut missis amore et aerumna suorum gaudiorum particeps fiat. — Κυνηγέται sunt Anaxandridis mediae quidem comoediae scriptoris.

71. „Regem nobiles eius honorant et deos sacerdotes eorum contemnunt."

72. „Ne inebriaveris sacerdotem, qui deos suos contemnit."

Scriptura Syriaca incerta est.

73. „[Et] si domum tuam invitaveris sacerdotem improbum, dum ingredietur, bene tibi dicet, et, dum exiet, murmurabit, et, si panem ante eum posueris, altera manus eius ori admovebitur, altera panem surripiet et ponet in pera eius, ut auferat liberis suis."

74. „Multo magis ama canem, quam sacerdotem. Si canis pane abundaverit in domo tua, eum relinquet; si sacerdos pane abundaverit, liberis suis auferet et ultro murmurabit."

75. „Veni sine cura, si vestes fuerunt pulchrae et si marsupium plenum fuerit.“

Verba erant, nisi fallor, meretricis vel ancillae meretriciae vel leonis vel lenae adolescentem excludentis, qui non habebat, quod donaret. Conf. Plaut. Asinar. v. 153 s. s.; Pseudul. v. 246 s. s.; Pers. v. 422 s. s.; Terent. Phorm. v. 485 s. s.; Eun. v. 54 s.; Alciphr. ep. I 36.

76. „Pulchram reddit societatem panis (= convivium).“

Verba videntur fuisse parasiti, qui patrono instabat, ut ad coenam vocaretur.

77. „Multos reddunt amicos divitiae et, ubi pes hominis titubavit, relinquunt eum amici omnes.“

Conf. Men. frg. 4; Philem. frg. 213 v. 13 s. s.; Monost. 32, 165, 174, 500, 502, 507; Plaut. Stich. v. 521 s.

78. „Pulchros reddit sermones donum datum.“

Conf. frg. flor. Syr. 75; Plaut. Trucul. v. 928 s.; Rud. v. 716 s.

79. „Noli cum eo, qui ditior te est, quotidie panem edere, quia si adversatus tibi erit is, qui quotidie te cena exceperit, et tu ei adversatus eris, ea, quae per triginta dies collegeris, contra eum consumes et (= part.) postremo te ipse interimes.“

Fortasse de alea cogitandum est. Conf. Alciphr. ep. III 54. Sed scriptura Syriaca mihi videtur perquam incerta esse.

80. „Laetificat cor stultorum harioliatio, stupefacit mentem fatuorum ars Chaldaïca.“

Somniorum coniectionis exempla obviam sunt apud Plautum Merc. v. 225 s. s.; Rud. v. 593 s. s. — Tota in perstringenda superstitione versabatur Ἱέρεια fabula Menandri.

81. „Si quis in via consistit, deses est.“

Fortasse verba erant servi alicuius suam in peragendo consilio segnitiam sibi exprobrantis animumque suum redintegrantis, quales inducuntur apud Plautum Libanius Asinar. v. 249, Acanthio Merc. v. 111 s. s., Pseudulus Pseudul. v. 394 s. s., apud Terentium Davos Andr. v. 206 s. s.

82. „Affigit cruci furacitas.“

Servi frugi videntur fuisse. Conf. frg. flor. Syr. 22.

83. „Docet fraudulentiam et furacitatem hora mala.“

Servi nequam, nisi fallor, verba erant incerti, qua arte erili filio pecuniam subministraret.

84. „Prohibe iuvenem a malis.“

Paedagogi aut severioris senis fuisse verba putaverim, qui mitiorem senem moneret, ut acriorem patrem se filio praeberet. Conf. Plaut. Bacchid. v. 405 s. s.; Terent. Adelph. v. 81 s. s.

85. „[Et] domus litteratorum a morte procul abducit et ars liberat a malo.“

Conf. Men. frg. 68 v. 3; Monost. 275, 309, 312.

86. „Divina lectio (= θεῖόν τι vel simile aliquid) lex est.“

Conf. Men. frg. 635.

87. „Turpis est garrulitas et risus ineptus vitium malum est."

Altera sententiae pars est Monost. 88 γέλως ἄκαιρος ἐν βροτοῖς δεινὸν κακόν Syriace expressa.

88. „Adulationem semper contemne."

Conf. Diphil. frg. 24.

89. „Garrulum sperne, qui interpellat et multum loquitur."

Conf. Men. frg. 628, 682; Plaut. Trin. v. 199 s. s.; Caec. Stat. Hymnidis frg. 6; Alciphr. ep. III 36.

90. „[Verum], si ei essent decem milia inimicorum, adeo ut sua ipsius lingua ei non nocerent; quotidie cum morte luctatur, vultus ei nunquam hilaris est propter sermones, quibus obiurgatur."

Conf. Monost. 209.

91. „Nihil est silentio pulchrius."

92. „Taciturnitas semper pulchra est."

93. „Etiam stultus tacens pro sapiente habetur."

Conf. Men. fr. 758, 783, 1103, 1104, 1105; Monost. 221, 222, 477; Iuvent. frg. Anagnorizomenes.

94. „Animum tuum ne usquam deieceris."

Servi videntur verba fuisse erilem filium consolantis.

95. „[Et] in bello ne animo defeceris; nam si quis in bello animo non defecerit sed morti se ipse obtulerit, ilico vivet (= partic.) et famam bonam inveniet et laudabitur."

Militis gloriosi fortasse verba erant.

96. „[Et] si quis impudens in ius ierit et locutus fuerit, iustus videbitur."

97. „Divitiae otiosae potentia sunt, sed non omnes iis uti sciunt."

Conf. Men. frg. 114.

98. „Si quis ventrem suum amplificaverit (= altus incesserit), morietur, et, si finis immemor fuerit, peribit. Contra si ventrem tuum repente ditaveris et finis memor fueris, bene habebis."

Scriptura Syriaca in altera sententiae parte sana esse nequit. Sed certam medelam non inveni.

99. „Bonum est iudicium (= καίπερ c. part.); cave tibi ne de viro stulto tibi iudicandum sit, quia, et si adiuveris stultum in lite eius, contumelia te insequetur et vulgo dicet: 'Hic me damnavit'."

Advocati videntur verba esse, qui secum ipse loquitur. Conf. Plaut. Casin. v. 563 s. s.

100. „Cum malo viro noli edere (= noli eum ad cenam vocare); tua enim edit et (= part. aor.), qua est malitia, mala et turpia de te loquitur."

101. „Mulieris linguosae sermonibus ne auscultaveris et, si de coniuge coram te conquesta erit, ne fidem ei adiunxeris, quia ille non contra istam peccat, sed ista lingua sua mala illi molesta est."

Conf. ea quae senex docens inducitur apud Plautum Men. v. 757 s. s., 779 s. s.

102. „Cum eo, qui viribus te superat, noli certare et, si insti-

terit tibi, ut cum ipso lucteris, tuque dixeris mente tua: 'Fortasse eum proiciam'! cave, ne ille te proiciat et ad pudendum inducaris coram multis hominibus adstantibus."

103. „Contra eum, qui tecum rixatus erit, impudentem te geras neve condonaveris ei contumeliam patris tui."

104. „Oculos tuos in domo tua ad servam tuam ne adieceris neve amaveris luxuriam et libidinem neve honorem tuum parvi feceris. Nam si oculos tuos in domo tua attollere ausus eris, multa amaritudine affligeris, et, si pudicus fueris, beatus et fortunatus eris, quia luxuriam et libidinem deus odit et hominibus foedae videntur."

105. „Si pecunia tibi, fuerit et possessiones possederis, modestum et suavem te praebe et da et noli gloriari, et, si possessiones tibi nullae fuerunt et pauper fueris, supplicem et humilem te praebe et noli asper esse. Gloriationem et asperitatem homines oderunt."

Conf. Men. frg. 301, Monost. 43, 348, 454.

106. „Ne oculos tuos a patre tuo aut a matre tua averteris neve labia tua in amicos tuos aut in praeceptores tuos distorseris neve deum, qui te procreavit, contempseris."

107. „[Verum] memento et vide, oculi si crescant, supercilia nunquam excedere, quia si patrem et matrem honore superaveris et ab aequalibus et civibus tuis magnus et dominus appellatus eris, nomine patris tui [et matris tuae] appellabunt te homines omnes."

108. „Si pecunia tibi fuerit et possessiones possederis, fruere pecunia tua, donec vives et videbit oculus tuus et ambulabit pes tuus et multae erunt vires tuae, quia memento et vide hominem in orco nulla pecunia uti neque divitias ad domum mortuorum comites fieri; ergo bona tibi ipse ne denegaveris. Praestat enim unus dies sub sole centum annis in orco."

Conf. Men. frg. 538; Philem. frg. 92 v. 5 s.; Plaut. Pseudul. v. 685 s.

109. „Curre (= labora) in iuventute tua [donec videbit oculus tuus et ambulabit pes tuus et multae erunt vires tuae] et (= part. aor.), cum senex fueris et honoraberis (= πρέϲβυϲ ὢν), sede et fruere pecunia tua."

Conf. Monost. 388.

110. „[Et] decora iuventus est, cum iuvenis currit (= laborat) et viribus suis industrie utitur (= gen. absol.)."

111. „Sollicitudo ne veniat in cor tuum, quia merx mala sollicito est sollicitudo."

Conf. Men. frg. 598, 667, 668; Philem. frg. 106, 202; Posid. frg. 19; Monost. 316, 383, 414.

112. „[Quia] multi sunt anni, quos homo non vivit et quorum sollicitudo eum interimit."

Aliquid in verbis Syriacis parum sanum est.

113. „Quamvis sollicitus sis, morieris et, quamvis anxius sis, in aeternum non vives."

Conf. Philem. frg. 73, 110. Alciphr. ep. I 25.

114. „[Quia] brevis et angustus est modus vitae, quem constituit deus hominibus et miscuit (= part.) mala multa cum paucis bonis."

115. „Principium bonorum omnium timor dei est et liberat a malis omnibus."

116. „Verum non semper permanent stabiles res hominum, quorum vita est usque ad domum mortis."

Conf. frg. flor. Syr. 29.

117. „Decora et laude digna iuventus est, sed per breve tempus cum hominibus est et arefacit eam senectus (= πρὶν c. inf.)."

Fortasse mitioris senis erant, qui contra acriorem senem vel contra paedagogum iuvenum peccata purgabat sicut apud Plautum Menedemus Bacchid. v. 405 s. s., apud Terentium Menedemus Heautontim. v. 924 s. s., Micio Adelph. v. 100 s. s.

118. „Cara sunt vita et pecunia et liberi, sed carior eis est bona fama."

Conf. Men. frg. 301; Monost. 285.

119. „Laude digna et lepida est laetitia, dum procul ab ea sit rixa molesta et procacitas."

120. „Bona et utilis amicitia est, quae stabilis permanet usque ad domum mortis."

Conf. Monost. 423, 526; Plaut. Bacchid. v. 385 s. s., Epid. v. 425.

121. „Mansueta sapientia est, dum procul ab ea est amplitudo ventris (= superbia; conf. frg. flor. Syr. 98)."

122. „Bona est firmitas, dum cum ea iuncta est mens bona."

Conf. Men. frg. 785, 788; Diphil. frg. 114.

123. „Laude digna industria est, dum currit (= laborat) homo et proficit (= gen. absol.)."

124. „Mala est pigritia, dum corpus hominis validum est."

Conf. Plaut. Mostell. v. 137.

125. „Suctus agnos protervos reddit."

Proverbium est.

126. „Prohibet a miseria sapientia."

127. „Consolatur spes."

128. „In errorem ducit mentem fatuitas (= δεισιδαιμονία?)."

129. „Perdit mentem praematura festinatio."

Conf. Monost. 51. — Verba sumpta esse videntur ex oratione simili eius, quam apud Terentium Chremes habet Adelph. v. 30 s. s.

130. „Parit angustias et suspiria conscientia mala."

Conf. Plaut. Rud. v. 1246 s.

131. „Ansam miseriae dat invidia."

Conf. Men. frg. 634; Philem. frg. 131.

132. „Ignominiosus venter procreat malam linguam."

133. „Splendidae et decorae divitiae sunt, verum non ilico contingunt viro bono."

Conf. Monost. 56.

134. „Turpis et obscura paupertas est iuncta cum doloribus et detrimentis."

Conf. Men. fr. 597; Philem. fr. 102; adesp. 115, 138; Monost. 227, 455; Plaut. Men. v. 564, v. 847; Rud. v. 290; Terent. Phorm. v. 94.

135. „Proximae ab honore divitiae sunt."

136. „Bonum magnum quies est."

137. „Divitias, quae non minuuntur, vires firmae efficiunt, paupertatem languidam morbus et aegritudo."

Conf. Philem. frg. 163; Monost. 408.

138. „Laetitiam et gaudium sanitas efficit."

139. „Limes mortis senectus est."

140. „Faex malorum omnium paupertas est, dum accedit ad senectutem."

Conf. Monost. 461.

141. „Finis vitae mors est."

142. „Abscondit divitias sepulcrum."

143. „Perdit pulchros (= τὸ κάλλος?) febris."

144. „Pulchrum reddunt vultum sanitas et bona conscientia."

145. „Perdit stabilita mors."

146. „Decem partes praeterit et deinde perdit unam destinatam."

De fato sententiam esse comparet. Sed singulorum verborum Syriacorum memoria mihi nimis incerta videtur.

147. „Haec mala et bona commista sunt in vita hominum praeter febrem et horrorem et dolores et morbos graviores, qui appellantur nuntii mortis, et homo eligere nequit id, quod pulchrum est, aut procul recedere ab ea re, quae mala est, sed, prout deus constituit hominibus, incedunt, quamdiu eos vivere concessit."

Conf. Men. frg. 452; Philem. frg. 88, 107, 133; Diphil. frg. 88 v. 1 s.; Monost. 740; Plaut. Rud. v. 185; frg. flor. Syr. 148.

148. „Ne maestos quidem esse oportet homines, quod diutius, quam ipsis constitutum est vivere non possunt."

149. „Ne irasci quidem nos oportet propter mala, quae nobis accidunt."

150. „[Et] quam saepe enim etiam, postquam mala perpetravit homo, ad honorem et principatum pervenit."

151. „Verum oportet hominem in luctu, qui ei accidit, non nimis procacem esse."

152. „[Et] lamentatione sua is, qui luctu afflictus est, ipse sibi male facit, quia mortuo nihil lucri affert et ipse se prosternit et deformat post illum (= part. praes.). Sed is, qui sapiens est, quamvis carissimus sibi sit ille, qui mortuus est, (= καίπερ c. gen. absol.) comitatur eum ad domum sepulturae lacrimans, verum, ubi sepultus est, ipse quoque desistit lamentari et videt mente sua se quoque moriturum esse (= μὲν — — — δὲ — — —)."

Conf. Men. frg. 705, 706; Philem. frg. 90 et ad extremam sententiam Philem. frg. 116; Monost. 8.

153. „Is locus requietis est, quem constituit deus hominibus, ut requiescerent a malis, quae vidissent in vita sua."

Conf. Diphil. frg. 188.

Cod. mus. Brit. add. 14614 fol. 116a—117a (I. S. p. 80 s.).

1. „Ante omnia deum time et eum, qui maior natu te fuerit, honora, quod ita honoraberis a deo."

Conf. Monost. 230.

2. „Ab omni re turpi procul recede."

Conf. Monost. 23, 272.

3. = 18 florilegii a Landio editi.

4. = 19 flor. Land.

5. = 115 flor. Land. additis: „et in angustiis tuis invocabis eum (sc. deum) et auscultabit voci tuae."

6. = 116 flor. Land.

7. „Decora est iuventus etc." reliqua = 117 flor. Land.

8. = 118 flor. Land.

9. = 119 flor. Land.

10. = 120 flor. Land.

11. = 121 flor. Land.

12. = 122 flor. Land.

13. = 128 flor. Laud.

14. = 129 flor. Land.

15. = 130 flor. Land.

16. „Minatur miseriam et contentionem invidia." Conf. 131 flor. Land.

17. = 132 Land.

18. „Vidi; vitae autem hominum finis orcus est, quod is est locus etc." reliqua = 153 flor. Land.

Illud, opinor, certum est et exploratum erravisse Landium cum omnes sententias a Syro expressas damnaret. Immo, ut interposita sint etiam, quae a Menandro aliena esse videantur, latent sine controversia aliqua nova fragmenta fabularum Menandrearum in duobus florilegiis Syriacis.

Altera quaestio integra restat de aetate et compositione florilegiorum. Procul dubio versio sententiarum istarum redit ad primam fere litterarum Syriacarum aetatem. Sermo perquam antiquus est et durus. Vertendi ars conspicua est minime exculta et ab elegantia interpretationum Sergii Resaïnensis longe aliena. Modo enim ab interprete Syro sententias admodum ad licentiam constitui aut magno labore circumiri nemo non sentit. Modo Graeci exemplaris vestigia summa quadam atque etiam anxia cum diligentia adeo premi videmus, ut passim verborum collocationes efficiantur a legibus linguae Syriacae prorsus absonae. Mendis haud paucis verba scatent. Sed, cum multa rariora atque etiam singularia usu obviam essent, quae dubitandi de scriptura tradita ansam nullam darent, malui, sicubi in verbis traditis haerebam, dubita-

tionem libere confessus rem in medio relinquere quam minus cautis coniecturis tentare, quae utrum corrupta essent an a me parum perspecta, certo non sciebam.

Clarissime vero, quam mature versio Syriaca facta esse videatur ex ratione elucet, quae inter duo florilegia intercedit. Eam liceat paulo accuratius expedire. — In florilegio a Landio edito inde a frg. 1 usque ad frg. 99 et a frg. 137 usque ad frg. 152 certa quaedam singularum sententiarum dispositio ad normam variorum argumentorum in universum quidem facile cognoscitur. Videtur enim id agi, ut Menandreae sapientiae praecepta vitam hominis quasi a cunis usque ad sepulcrum persequantur. A deo initium fit (frg. 1), sequuntur de pietate parentibus a liberis debita (frg. 2, 3, 6, 7) praecepta et de liberorum educatione (frg. 8—10) sententiae. Deinde iuvenis admonetur, ut ebrietatem (fr. 14—18), somnolentiam (frg. 20), pigritiam (frg. 22) fugiat. Subiungitur de ducenda uxore praeceptum (frg. 30 s.), quod excipitur copiosa morum vitaeque disciplina per capita quaedam disposita. Primum inculcatur (frg. 32) deum esse timendum, deinde, quomodo quoque homine utendum sit, cum quo vitae aliquis usus esse potest, inimicis scilicet (frg. 33 s.), alienis (frg. 35—38), a quorum rixis et fortunis abstinendum sit, hominibus malis (frg. 39), servis (frg. 40—45), notis (frg. 46—52), fratribus (fr. 53—55), amicis (frg. 59, 59), hominibus infortunatis et miseris (frg. 61), uxore denique (frg. 62—65) praecipitur. Desinit ista hortationis pars in tritissimum illud: „Quod tibi fieri nolueris, id alteri ne feceris“ (frg. 67). Sequuntur varia praecepta moralia et prudentiae, scilicet contra superbiam (frg. 68, 69), de conviviis, donis, ditiorum consuetudine (frg. 71—79), de superstitione (frg. 80), pigritia (frg. 81), furacitate et fraudulentia (frg. 82 s.), lascivia (frg. 84) fugiendis, de litteris colendis (frg. 85 s.), denique contra garrulitatem (frg. 87, 93). Postremo, quomodo in bello (frg. 94, 95) et, ubi in ius vocatus eris, (frg. 96) te geras, praecipitur. Inde a frg. 97 usque ad frg. 136 certus argumentorum ordo nullus conspicitur, varia vario modo permista sunt. A frg. 137 usque ad frg. 152 de rerum humanarum fragilitate de morbo, senectute, morte, sepultura, luctu denique temperando docetur. Quamvis sit mancus, est quidem in his aliquis certus ordo consilio et arte constitutus. Sed turbatur miserrime non solum variarum sententiarum farragine illa post frg. 96 interposita sed etiam singulis sententiis ab ordine illo alienis passim inepte insertis. Eas omnes comparet, quod quadam orationis aut argumenti affinitate cum eis sententiis, iuxta quas positae in codice manu scripto exstant, cohaerere viderentur, leviter interpositas esse, velut 19 post 14—18, quod de eodem sunt argumento, quamvis sint significatione sententiae 19 oppositae, 21 post 20 propter somni imaginem, 56 et 57 post 55, quod in ea sententia filii nequam patris mortem exspectantis mentio est, ut paucis exemplis, quid sentiam, illustrem. Putaverim igitur florilegium Landianum natum esse

ex antiquiore quodam florilegio sententiarum Menandri Syriacarum ab homine parum acuto aut diligenti interpolato et amplificato.

Iam de florilegio altero a Sachavio edito inquiramus. Illud antiquum et integrum minime esse, sed ab eo, qui libellum, quem antea descripsi, „sententiarum selectarum philosophorum" contexuit, e copiosiore excerptum vel ipse libelli titulus indicat. Atqui si a duabus primis sententiis discedimus, omnes florilegii Sachaviani sententiae et eodem, quo leguntur in libello „sententiarum selectarum", ordine et, ut taceam de paucis scripturae varietatibus, ad verbum expressae in florilegio Landiano reperiuntur. Mirum autem est, longe plurimas (frg. 5—17) reperiri in ea parte florilegii Landiani, qua antiquum ordinem miserrime turbari vidimus. Restant tria florilegii Sachaviani fragmenta 3, 4, 18. Frg. 4, quod est in Landiano 19, ab antiqua stirpe Landiani alienum esse nemo non videt. Ne 3 quidem, quod in Landiano 18 est, certo probari potest non esse sero interpositum. Denique 18, quod in Landiano 153 est, ne ab interpolatore Landiani additum sit, vel propterea facile verearis, quod in Landiano non integrum servatum est sed initio ita immutatum, ut ad frgm. 152 commode applicaretur, tamquamsi unam efficerent duo fragmenta sententiam. Itaque non solum, ne, id quod facere per rationem temporis certe licebat, ex Landiano ipso florilegium Sachavianum excerptum esse putemus, obstat, quod fragmenta Sachaviani primum et alterum integra et initium duodevicesimi in Landiano desunt, sed ne potest quidem ita res facta esse, ut de eodem exemplari et sententiae codicis 14658 transscriberentur paucis forte omissis et is, qui libellum „sententiarum selectarum" contexuit, suas excerperet. Quam enim ob rem putemus eum ne unam quidem sententiam, quae ad antiquam stirpem florilegii Landiani pertineret, dignam duxisse, quam libello suo insereret? Quid? quod certo probari potest illam stirpem ei omnino cognitam non fuisse. In tertia enim particula libelli sui posuit sententiam florilegii Landiani 67. Unde apparet eum sententiam illam pro Menandrea non habuisse, ut quam incertorum sententiis insereret. Prodebatur vero pro Menandrea inter antiquas sententias florilegii Landiani. Neque igitur relinquitur nisi florilegium Sachavianum et interpolationes florilegii Landiani ex eodem fonte manavisse.

Duo initio fuisse sententiarum Menandrearum florilegia Syriaca putemus necesse est. Alterum ad certum argumentorum ordinem illud dispositum, quod antiquam stirpem Landiani efficit, constabat ex fragmentis Land. 1—3, 6—10, 14—17, 20, 22, 30—55, 58, 59, 61—89, 91—96, 137—152, alterum, cuius certum ordinem fuisse non potest probari, ab auctore libelli „sententiarum selectarum" compilatum, ex fragmentis Sach. 1, 2, Land. 4, 5, quae ad nexum ordinemque alterius

prorsus non quadrant, 11—13, 18, 19, 21, 23—29, quae ne inde ab initio in altero exstitisse putemus, eo efficitur quod de parentibus pie colendis praecepta ibi initio posita erant, 56, 57, 60, 90, quod ne recte intellexit quidem interpolator Landiani, 97—136, 153 (Sach. 18). Contaminavit levissime utriusque florilegii sententias homo prorsus indoctus. Nimirum animo constituit inter sententias florilegii bene dispositi sententias alterius inserere, prout cuique aptus videretur esse in illa dispositione locus. Sed cum in contaminando ordinem utriusque florilegii confunderet, accidit, ut locos, qui cuique apti fuissent, singulae alterius florilegii sententiae non invenirent et cum prope ad finem florilegii ad artem dispositi perventum esset, maior pars alterius etiam superesset. Iam, ubi peccatum agnovit, prius consilium homo acerrimus abiecit et eas, quae supererant, sententias excepta ultima omnes ante extremum capitulum alterius florilegii posuit, ultimam denique in fine novi florilegii collocavit, ubi optimum habebat locum.

Quae contaminatio librario codicis mus. Brit. 14658 deberi non potest. Hominem enim litteratum atque etiam doctum fuisse universa codicis indoles egregia demonstrat, qui tam miseram confusionem nunquam conficeret. Ne ex chirographo quidem eius, qui duo florilegia contaminavit, sententiae Menandreae in celeberrimum codicem miscellaneum transscriptae esse videntur. Unus enim certe et is quidem miserrimus error contaminatorem inter et librarium illius codicis irrepsit. Scilicet in frgm. Land. 131 (Sachav. 16) antiquam scripturam fuisse g^{e}ẓam („minatur“) pro g^{e}ram („ansam dat“), quod Landius ex linguae Targumicae usu interpretari conatus est, e florilegio Sachaviano comparet. Atqui codex mus. Brit. 14658 exaratus esse videtur saeculo sexto exeunte. Itaque contaminata florilegia esse putaverim eodem saeculo ineunte. Neque vero, cum contaminata sunt, modo erant sive composita sive e Graeco sermone translata, quoniam alterius initium iam is, qui contaminavit, invenit mutilum. Summa igitur disputationis haec est, certe iam medio saeculo quarto duo sententiarum Menandream florilegia Syriaca circumlata esse. Quae utrum integra de Graecis exemplaribus translata fuerint an e fabulis novae comoediae totis Syriace versis excerpta, non audeo certo iudicare, quamquam propensior equidem sum eo, ut de integris fabulis Syriace versis cogitem. Parum enim videtur mihi sententiarum Syriacarum indoles convenire cum indole gnomologiorum Graecorum, quae adeo ipsam scaenam redolere equidem nescio. Suspensa quaestio est ab altera, quae est de antiquissimis fragmentorum Menandreorum florilegiis Graecis. In utramcunque partem diiudicabitur, inter litterarum Syriacarum monumenta antiquissima fragmenta Menandri singularem locum tenent.

Adnotationes.

1. An. S. p. 198 s. s.

2. Göttingische gelehrte Anzeigen. 1871 p. 1211 s. s.

3. Über den textkritischen Werth der Syrischen Übersetzungen Griechischer Klassiker. II. Theil. Leipzig 1881 inde a p. 29.

4. Quaestiones Lucianeae. Berolini 1888 p. 89 s. s.

5. l. l. p. 1209 s.

6. Encyclopaediae Britannicae vol. XXI p. 834ª Catal. cod. ms. Syr. mus. Brit. p. 1155 s. s.

7. Hermae vol. IV p. 78.

8. Über den textkritischen Werth etc. I. Theil. Leipzig 1881 p. 5. — M. Rh. vol. XLVIII 176 s.

9. An. S. III p. X s. s.

10. ibid. p. 289 s.

11. Conf. Landii disputationem An. S. III p. XI s.

12. Sic A. B. ܘܡܢܗ ܒܪܝܐ ܗܠܝܢ ܗܢܘܢ ܐܪܣܛܘܛܠܝܣ ܢܡܘܣܐ ܠܐܠܗܘܬܐ Barhebr.

13. Sic A. B. ܕܢܩܒܠ Barhebr.

14. Sic Barhebr. ܠܐܦܪܝܡ B. om. A.

15. ܦܩܪ̈ B om. A et Barhebr.

16. Sic Barhebr. ܐܘܣܠ, quod nomen nullum est A. B.

17. Sic A. B. ܐܦܣ̄ܣ Barhebr.

18. Verba ܡܢܗ — ܒ om. Barhebr.

19. ܘܐܡܪ̈ܐ ܗܘܐ ܗܘܐ ܠܟܣܝܐ A. B. ܗܘܐ ܡܢ̈ ܗܘ ܣܪܓܝܣ ܐܡܪ ܠܟܣܝܐ Barhebr. — Sergii nomen Barhebraeo duce interponendum esse putabam collato loco, qui infra est, persimili.

20. Sic A. ܕܡܠܦ B.

21. Sic A. ܒܡܪܐ ܕܩܕܡܐ ܢܩܝܐ ܘܡܣܩܢܐ Barhebr. omissis reliquis.

22. ܘܩܕܡܐ ܕܦܣܘܬܐ A, in quibus et verbum finitum desideratur et offendit illud ܡܕܡܐ nomen, quod in nullis aut Syrorum aut occidentalium lexicis reperiri potest. ܡܣܣܣ ܗܘܐ ܘܡܬܦܣܬܐ ܕܦܠܓܐ ܠܛܠܝܐ Barhebr., quae scriptura ad emendandum locum plurimum confert.

23. Sic A. ܡܘܩ̄ܡ Barhebr.

24. Verba ܡܘܩܡܢܐ — ܕܦܘܫܩܐ om. Barhebr. ܘܦܘܫܩܐ A, quod mutavi, cum ipsius versionis Dionysii prooemium significari viderem. Conf. Catal. cod. ms. Syr. mus. Brit. p. 500.

25. Vocabulum ܕܝ om. Barhebr.

26. ܝ finale teste Landio in A erasum est.

27. Verba ܢܩܐ — ܗܘܐ om. Barhebr.

28. Verbum ܗܘܐ om. Barhebr.

29. ܕܝ ܗܘܐ ܡܛܠ A. ܗܘܐ ܘܡܛܠ Barhebr.

30. Integram doctrinae morumque Sergii expositionem inde a ܘܡܠܦ usque ad ܒܫܘܠܡܐ om. B.

31. Verba ܡܪܢܫ — ܡ om. Barhebr.

32. Sic. A. B ܕܢܫܡܠܐ Barhebr.

33. Coniectura locum foedissime depravatum sanare conabar. ܡ ܐܡ̇ܪ: ܗܘ A. B. Scriptura vera esse non potest, ut quae ipsum Eustathium infamiam suam pervulgantem faciat. Paederastiae enim crimen de Sergio circumlatum significari videtur, quam ne nominare quidem patitur scriptorem religio. Nimirum, cum vera scriptura forte evanuisset, librarius aliquis in transscribendo conatus quidem est coniectura verum restituere, sed prorsus rustice provinciam administravit.

34. ܘܗܘܠܡ A. B perperam repetita littera vav ex fine verbi.

35. ܘܐܬܗܘܢ ܥܠ ܬܪ̈ܥܝܗܘܢ ܐܟܚܕܐ A. B. Corrigebam scripturam manifesto vitiosam collatis locis A. S. p. 169, 12; 173, 21 s.; 174, 17, ubi est ܐܡ ܐܟܚܕܐ ܕ pro Graeco ὡς c. part.

36. Omissis, quae inde a ܠܘܬ ܐܟܣܢܝܐ usque ad ܡܕܝܢܬܐ in A. B leguntur, ܘܡܛܠ ܗܠܝܢ ܩܫܝܫܐ ܐܢܫ ܐܝܬ ܐܟܪܙܘ ܠܐܟܣܢܝܐ ܘܐܬܐ ܠܩܘܣܛܢܛ Barhebr.

37. ܠܐܟܣܢܝܐ ܕܝ ܡܢ A. B. — ܘܐܬܐ ܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ ܢܦܩ ܠܐܟܣܢܝܐ ܕܝܠܗ ܗܘ ܡܢ Barhebr. — Supplevi scripturam codicum Londinensium Barhebraeo duce.

38. Inde ab hoc verbo relictis Pseudo-Zachariae vestigiis Barhebraeus exscribit vitam sancti Zoarae a Ioanne Ephesio conscriptam (Lib. narrat. beat. hom. orient. c. 2 = An. S. II p. 12 s. s.).

39. Litterae ܐܡܐ in A teste Landio in rasura positae sunt.

40. ܣܘܐܪܘܣ A. B. Restitui nominis formam apud Pseudo-Zachariam sollemnem.

41. Finis fragmenti in B deficiente folio, quod exstabat post 151.

42. ܣܘܐܪܘܣ A litteris ܘܐܪܘ in rasura positis. Conf. adnot. 40.

43. ܗܘܬ A, quem manifestum calami errorem esse nemo sit, quin videat.

44. ܝ finale teste Landio in A erasum est.

45. Indictionum anni intelligendi sunt.

46. Titulus apud Barhebr. قال يوسف الطّبيب apud Ibnab. قال يوسف بن إبراهيم.

47. ثمّ om. Barhebr.

48. Verba وقد — يسيرة om. Barhebr.

49. Omissis verbis inde a اقساما usque ad التّشريح solum بعض التّشريح Barhebr.

50. Sic Ibnab. ويسمّيه الرّبان Barhebr.

51. Verba om. Barhebr.

52. Sic Ibnab. منى Barhebr.

53. لى om. Barhebr.

54. Sic Ibnab. سرجيس Barhebr.

55. Sic Ibnab. سرجيس Barhebr.

56. الذى ذكره جبرئيل add. Ibnab.

57. Missis verbis inde a وهو solum اليعقوبىّ ناقل Barhebr.

58. Sic Ibnab. اليونانىّ Barhebr.

59. Verba inde ab السّريانىّ om. Barhebr.

